Ecce, Auditores amplissimi, prima Magistri Homero V
gilius documenta præbuit, et tradidit: nec nobis non notum, H
merum affectus movere nescivisse; deinde toto pene poemate com
bernales, aut comites habere nugas, fatuitatem sermonis, des
credibiles, quibus Homerus omnibus peccavit.

Senioris Scaligeri gravissimum effatum est, quod Hom
pugnas tanquam ad cyathum efformabat. Græciæ totius lumen,
splendor Plato, hunc vatem fabulis ineptire, quas finxit, me

posteritatis mandavit: unum vel alterum adnotare licebit, quibus Melesigenis Smirnei defensio causa cadere videatur. Enimvero hic Vates confinxit: Achyllis ejulare muliebriter indecens omninoque viro forti, indecorum omnino Deum soboli: Jovem itidem (quod abhorrentius est) Deorum Patrem, ac Rectorem ignaviter quiritantem, necemque Sarpedonis dolentem. Nunc, Homere, gaudio mihi maximo esset, â te disci, an digna sint Deorum Parente querellæ? Quid ergo? Jovem minime potentem fuisse viribus Patrocli obsistere? Mirorque equidem, Jovi Deorum maximo, ut ipse confabulatus es, virtutem defuisse, potentiamque; quâ imbelles vires hominis prosterneret! Erupisti fortasse tunc Divinitate Jovem, ut nihil posset in hominem, an Jupiter non perpetuo est numen, et tunc temporis divinitate carebat? memini, te Gigantes confinxisse horrendæ grandidatis monstra, qui Cœlum oppugnare, et expugnare decreverant; quos omnes Terrigenas Jupiter debellavit quamquam multo robore validissimos; et en qui hanc horum virtutem pene infinitam superavit, unius Patrocli superare non potuit? Procul=dubio, aut tunc dormitavit Homerus, aut ipsius potentia pro arbitrio Jovem divinitate privavit. Privavit equidem cum alias Jovem adeo effreni libidine flagrantem inducat, ut, visa Junone, vel Diis videntibus temperare nequivisset, nec cohiberet, donec exsatiaret: quid maximo Deorum indignius? quid iniquius? quid inquinatius? impurius? et propterea Diis in risus quoque effusos, cachinnosque erumpentibus.

Nec melius, aut decentius personam gerit Achyllis: qui quamvis in Iliade Heros primarius sit, depingit tamen pro Hectoris cadavere lythrum nummorum â Priamo accipientem; rem equidem Divino pene Juvene indignam! Venerem ipsam, et belli Præsidem Mavortem mortalium manu vulneratos decantat; quale probrum hoc Deorum, ac dedecus! Achyllem Heroum fortissimum minis, nescio cujus, territum, et ad Matrem (idque non siccis oculis) confugientem inducit. De Hominibus sæpessime loquitur tanquam de Diis, de Diis vero tanquam de Servis loqueretur: flumina comparationes agglomerat frequentissimus: epitheta toto intermiscet operi frigida, puerilia, locis inepta.

Non possumus quoque non recolere illud hujus clarissimi viri in Virgilium elogium immortale: nobis tamen fatendum est, minime ad verbum expressuros esse, illa scilicet tantum adnotabimus, quæ ex elogio hoc latissimo selecta, nobis potiora ad rem nostram videantur. Homerus fudit, sparsit; collegit, composuit Maro: quip.

pe cum Homerus vitæ nostræ duas instituerit Rationes, Civilis in Ulissa, Militaris prudentiæ in Iliade, casque tanquam duas species in duobus viris ostendisset, in uno utrasque Ænea composuit Maro; cui etiam pietatem addit: Homeri Res de Virgiliana longe minor est: Quæ sunt magnifica in Homero; non æquant magnitudinem Virgilij: Homerici versus in terrâ; Virgiliani inter musas â Phœbo facti videntur; Virgilius est longe majore sono, et efficatia.

Conferte precor, auditores amplissimi, conferte tot, tantosque Græci vatis errores, cum Virgiliani Poematis elegantiâ, invenietis me hercule documenta non pauca, quibus epici carminis œconomiam, et majestatem Virgilius Homerum docere potuisset. Hoc enim nomine decorasque magnus Scaliger dignatur (Virgilium: Virgilius, ait Magister est Homerus discipulus: facit divina ex humilibus Homeri: est Homero circumspectior, explicatior, illustrior, acuratior, grandior, cultior, exactior, felicior, dispar: loquitur numerosius, elegantius: Homerus humilia, et humiliter; Virgilius grandiora, et magnifice. Quid his laudibus amplius desideratis? Quid hoc elogio magnificentius? Non mihi persuadere possum, ex Homeri manibus laurum Virgilium arripuisse, nec post se relicturum hunc vatem; ni Homerus pauca, nuda, sordida, et infelicia; Virgilius divina, numerosa, varia, et inexpectata tradidisset. Et ut verbo (ut ajunt) rem concludam: quantum plebeja, incomptaque muliercula matrona dispar, dissimilisque est; tantum ille Græcorum vatum splendor divino Vate nostro superatur.

Quid laudum adjiciam, quæ, non dicam eas superent, verum etiam nec earum minimâ possint comparari? Sed quid elogij quisquam apponet, quod tu, Maro, titulis multiplicibus tuis non vendices? Tu semper elatus extitisti, et excelsus: olim, dum vitam agebas, etiam omnium digito demonstratus; nunc temporis fama tua jam immortalitatem affectat: frequenter antiqui admirati sunt tuum Poema; nunc ad fastigium stuporis evectum: olim cignum Philomelæ dulcedine; nunc cantu numen fatentur: ver olim latinum; nunc florum campus odorum: Latinum olim Athenæ; nunc cunctarum scientiarum compendium.

Enimvero gradum faciemus ad aliqua, quæ nobis objiciuntur confutanda: nempe Græcorum poematibus multa Virgilium, ut suam illustraret poesim, accepisse: multa Virgilium, fateor: Sed hoc in ipsius laudem recidit: quippe si poesi suæ multa Græcorum adjecit, ani bonitatem eis hac ex parte adjecit amplissimam; quod tam sapiens, tantique momenti vir opus suum Græcorum scriptis ornaret: imo scripta eorum sic ornaret, quo procul dubio Græci magnam et gloriam, et lau-

cepere. Quapropter cum Virgilius in Romanâ eloquentiâ primas habeat, quantum, qualeque duis viris Græcis authoritatem, decus, et ornamentum adhibuit! Hunc in alienam messem immisisse falcem pronuntiatis, esto: Sed vosmet, Græci Patres, Homerumque vestrum possessores injustos etiam fatebimini; quia vel Sententijs, vel quibus aliorum cumque dictis utimini, ut vestris addatis gravitatem, vehementiam, majestatem: Nec negare potestis quod si Virgilius in fundum alienum irruit, omnes quidem in eloquentia viros, qui suas aliorum sententijs illustrarunt, simul malæ fidei, ut Jureconsultus loquitur, possessores esse, dicetis. Ad hæc nullius vatis Maro eguit auxilio, qui non solum potuit Homerum excedere, ac excellere; verum etiam ingenio, Sententijs, eloquio, ludendorum carminum facilitate inter vates eminere, et eminuit reapse, eminet, eminebit. At si quicquam ab Homero mutuatus est Maro, non quod illius opera indigeret accepit; sed ut studijs naturæ melioris, ac judicio rudem illam artem compararet eximiam, et perfectionis adhiberet non parum. Et ut hæc exposita magni faciatis, â viro eloquentissimo diligenter accipite: Virgilius artem ab Homero rudem acceptam, lectioris naturæ studijs, atque judicio ad summum extulit fastigium perfectionis; quodque per pauci datum est multa detrahendo fecit auctiorem: quæ enim admodum antifex lignum dolat, affabrè confirmat, ac perpolit, multotiesque effingit in Deum; sic etiam Virgilius hanc molem indigestam, rudemque excolens perpoliensque majorem Homero attribuit laudem, sibique non modicam gloriam vendicavit.

Sat recte loqueris pronuntiant, sed quomodo posset Homerus â Marone documenta accipere, ignoramus: namque nobis satis innotescit, usum esse Maronem istius verbi, luminibusque, et hæc velut viri gravissimi sententiam magni duxit, et imitatur: Nos siquidem, siquis hoc docere voluisset, non modicum gauderemus. O utinam vera discendi in vos, Græcanici, invasisset cupido; sed vereor, nil vos sapientiæ ex hac lectione hausuros: discite, discite: Etenim Mantuanus magni fecit semper Homerum; multis æquavit, expressit; pluribus illustravit excessit.

Ecce, auditores clarissimi, illud, ad quod me prius recepit, fortassis asseruit; sed Atticos sic susurrantes audio: Homerus non est Virgilio locupletior, abundantior. Quis vobis hoc negavit, negat, negabit: Semper in animo meo hoc firmum sedet. Homerus est Virgilio locupletior, abundantior defectibus, erroribus, peccatis: superavit eum vetustate; non superavit dulcedine: superavit eum vetustate; non superavit eloquentiâ: superavit

eÿ vetustate; non actione superarint. 5

Aliqua jg, quæ pro Homero faciebã, considitavi: totus ad Virgiliũ converterer, nisi tanta promeritorũ me seges obrueret; etenim diũ quisq plus laudũ in Virgiliũ conferat, aut congerat, plus in ipso, superesit, quod laudetur; meridianoq Soli faces infert, guttas addit oceano, poma in Alcinoũ, lignũ comportat in Sylvã. Neq deinceps aliud melius, aut majus quid te publi Virgili, numen Poeticũ invocẽ, ac apellẽ. Famaq tui nominis in æternum, et ultra perennent duraturũ, atq tuũ posteri eloquentissimũ, divinissimuq, sũma pennis famæ centũq linguis decantatũ, et autorũ, immortalitati transmittent, et consecrerint.

In, viri Latini, novũ habetis Apollinẽ: quærite siquid adamante pretiosius inveniatur, quo novo numine aras constituatis æternas: siquid Arabiæ dignius odoribus, quod acerra immortali concrimetur: siquid dulciũ, seu jucundius Orphei, sive Apollinis lyra, quo per quũ grates occinatis. Fateor equidẽ R.R.mi P.D. nullũ me Deorũ invenisse, nec Apollinẽ ipsũ, nec Deorũ parentem tot, tantisq decantatũ honoribus, tot laudibus prosecutũ, neq tot elogijs celebratũ. Digna prorsus hujus divini vatis gloria, ut qui non liut in posterũ laudari, dũ poema divinũ in ignes conjicere jubebat per homines, Diis honoribus afficerent æternis. Hyperbole fortasse alicui hoc elogiũ videbitur: sed vos dicite, septẽ Romani Colles; dicite an dignius sit Vates Andinus: dicite, Latiæ turres, et arces; dicite invito, Græciæ fines, et termini; dicite tandẽ quã late patet, terrarũ orbis.

Nec miror jg, cur tot viri gravissimi tot elogijs sustulerint Virgiliũ; cũ dignũ sit hoc opus, Author et ipse non dicã mortalibus; sed et creditor æternis. Colophonem adjiciã, exordiũq doctissimi viri testimonio, qui sic Virgiliũ suo eloquio coluit, ac si numen supremũ celebraret: Virgilius Poetarũ facile princeps, cujus laus nullius accrescit augmentis, nec detractione minuitur; Naturæ idea, qui summũ apicẽ, quo res poetica, honos ejus, numen, ars, nomen, et gloria scandere potest, docuit, tradidit, coronavit. Sed et nos qualẽ qualẽ vati, operiq nostro coronã poeticæ confingamus.

Prosopopeia.

Ambiguos fluctus versabam pectore dudum
Publius an vatum, lauros an ferret Homerus:
Ast dubium me somnus habet, cum creber anhelo
Venit ab ore sonus litui, flexoque supinum
Excitat incautum sonitu; stupefactus arenis
Membra levo, exsanguis simul omnia circumspecto.
En tibi Pegaseis, visu mirabile! pennis
Fama sedet, manibusque trahit frenumque, tubamque;
Pone sequebatur senior devectus eburno
Quadrijugo, tractans prolixa pectore barba:
Aurea sceptra tenet digitis; sed dente vetusto,
Temporis esa patent: niveum caput ornat avarus
Pactoli diadema rubris ignobile visu,
Signa vetustatis referens data Principis. Altera
Hunc sequitur Princeps contundens terga quadrigis
Indomitis currûs auro gravis: oblita tractat
Lora manu lævâ, dextrâque adamantina præfert
Sceptra, faces iterum Phœbi reddentia circum
Lumine lambenti: lacrymas Aurora ministrat;
Viscera contribuit tellus quoque fulva; venustas
India dat gemmas capiti facunda coronæ;
Assyrio quoque membra tegit toga murice tincta.
Obstupui visu; Fama et sic infit: Eburno
Qui sedet in curru, peperit facunda Poetam
Græcia; sed Latium genuit mirabile monstrum
Illud, ut aligerum Cæsarum fama per orbem
Quadrupedem; nec fessa vocor, cum fessa tot olim
Elogia enumerem quotquot sunt æquore guttæ.
Sustuleram vatem fascum; sed anhela levabam
Languores quandoque meos: ast Vate Latino
Nec desisto, modum nec pono tempore certo.
Sed certè tibi dico, puer, quod maximus extat
Hic vatum: neque lingua fuit cui proxima quondam
Nec labente die; Vates hic quippe (nec audax)
Scripsit Apollineo non spernanda coturno.
Ergo vale, et dubites nil, hic si major, an ille.

Dixi.

Elysium Baricum

Belverio Amaenitatis
Pro Gratiarum laudibus
asserendis

Ad Virgilianum illud
Devenere locos laetos et amaena vireta
Fortunatorum nemorum, sedesque beatas

Hæc carmina quæ Princeps Poetarum Virgilius occinuit ad rem faciunt quam maxime; nam cum lætos locos, atque amæna vireta, beatasque sedes Elysium appellet, certo certius vocari videtur Illiberis, et quasi digito ostendi; et jam res postulat, ut quæ argumenta ipsam comprobent producamus, et ex antiquitatis fontibus hauriamus. Eaque propter credo equidem (nec vana fides) vos mei amplissimi auditores votis, atque opinamenti nostris calculos non deneganturos. Nam vel ipsa loci natura, facie camporum pulcherrima, et mutâ quadam voce, eâque elegantissima pro se causam dicit et agit.

Tiene Granada en esta causa tan de su parte los ojos, que solo con verla se provee sentencia a su favor en primera vista, sin que quede apelacion a otra parte, que inutiliza sus razones en comparacion de las que Granada alega para adjudicarse la propriedad, y antigua posesion de los Elysios. Es desayre de su amenidad nunca comprendida el querer con el litigio ponerle en duda la verdad. Si bien como el oro en el crysol refina sus quilates para este fin juzgo los argumentos condecentes; y que si alguien preocupado de algun animo parcial, o afecto partidario no cree a lo que ve en sus valles amenos, en sus arbores frondosos, en el vario oloroso esmalte de sus prados, en sus ayres sublimemente puros, en el fecundo bullicio de sus aguas, ya de las que se despeñan como risos de cristal por las vertientes de las cumbres, ya de las que corriendo, por

decirlo assi aquel llano con placido sossiego casi desmintiendo su movimiento incessante en su aparente immobile quietud; digo que si no cree a todo este conjunto que no se puede mirar sin que embelesse crea al menos a lo que oye en no mal deducidas consequencias, de congruentes razones, y oportunas authoridades.

La Andaluzia es aquella felicissima Region, a quien los antiguos por su mayor merito (que para este fin es su merito su felicidad) ha appropriado dentro de sus terminos los Elysios, y paises bienaventurados. Otros para vasses sin duda los colocavan Beotia, Thebas, Canarias y aun el concavo de la Luna; pero en los authores de mejor nota no ha lugar su competencia, porque en ellos segun juzgan no han lugar los Elysios. Refiriendo, o apoyando nuestro eruditissimo Cerda esta racional persuacion de la antiguedad la expone assi: non desunt qui fingant ~~paxum~~ Beticam, partem Hispaniae fuisse sedem. Quae enim pars terrarum certare cum ea potest in spaciositudine camporum, ubertate agrorum vernantis semper fertilitate nemorum, aquarum abundantia, omnigena luxurianti naturae varietate? De esta verdadera como hermosa descripcion se vale para corroborar la opinion, que en este punto favorece a la Andaluzia.

At si quis non quaeriat in meridie, aut male affecta animi libidine non laboret, dubio procul omnibus Cerdam nostrum, dum in Betica Elysium describere quam

graphice depinxisse Granatam, ejusque imaginem, ac per bellum iconismum velut in probationem attulisse. Cui enim, non dicam ex orbis, vel Europæ, ceterisque Hispaniæ Regionibus, quæ jam ad hanc rem ultra Sacromatai collicandæ fuerit, sed vel ipsius Bæticæ, pro qua tota isthæc prorsus stat sententia, melius, propriusque ac quaqua versus quam urbi huic, ejusque suburbiis, ac deinde campis longe, lateque protensis, quæ cumque Cerdicus attulit potuerunt congruere?

Y cierto que si deben estar en Andaluzia los Elysios, porque no ay parte deel mundo, que pueda competir con ella en amenidad abundosa, y fertilidad gratissima, quæ enim pars terrarum certare cum ea posset? Que parte ay de la Andaluzia que pueda competir con Granada? y no aviendo otra que compita en las circunstancias de aquella adequada discripcion hermosa, no le queda lugar ala duda, para que Granada no sea el lugar de los Elysios, y los verjeles amenos de milagro, afortunados bosques, y felices moradas, pudiendose decir de nosotros recien venidos a ella

Devenere locos lætos et amœna vireta
Fortunatorum nemorum, sedesque beatas

Cierto que tiene aqui lugar no vulgar energia aquella fabula deel vulgo, o chistosa argumentacion de Seneca, en que poniendo a Europa por la mejor parte deel mundo, a España por lo mejor de Europa, a Andaluzia por lo mejor de España, a Cordova por lo mejor

de Andaluzia, a su Casa por lo mejor de Cordova, y
assi mismo por lo mejor de su Casa con sophistico
ascenso queria concluir, q su persona era lo mejor
del mundo. Pero si para establecer los Elysseos se ha
de buscar pais con quien no corra en la amenidad
parejas ninguno otro del mundo, y por este titulo se
le apropian a la Andaluzia, siendo la feliz
Granada sin disputa la mas amena Region de toda
ella, es forzoso quede por suyo el campo, en orden a
tener por suyos los Elysios.

Aquel Phenix de la Lusitania, y de la Compañia en ingenio y pulpito Antonio de Bieira para
sublimar por las nubes las proezas nacionales en el
libro, q llama ante primero, y sirve de prologo todo de
fachada a su historia de lo futuro, quantos sagrados textos prophetizan acciones heroycas, famosos descubrimientos, y milagrosas conquistas de los Europeos
occidentales los quiere adaptar todos a sus Portugueses,
a titulo de q son ellos los mas occidentales de la Europa,
si para este asunto es eficaz esta razon q aquel
Varon grande produce los criticos en su severa ponderacion lo pesan; pues por lo q a mi toca, y al empeño q pretendo mi conato, quanto se dixere del Elysio,
se debe entender del lugar mas ameno, y siendo tal Granada segun el hilo de nuestra prueba le compete el ser
la Region bienaventurada, a titulo de ser la Andaluzia
la mas amena, y Granada la mas amena de la

de la Andaluzia, quae enim pars terrarum &c.

Res itaque eo devenit ut quicunque

vatum Elysios carmine itidem florido exornet, ac pingat quasi ore, eodemque penicillo ad colorem, hanc hanc amoenissimam orbem videatur adumbrare. Dicere enim per quam optime, quid quid de Elysiis olim prisci cecinit vates Granatae non convenit? de ipsis namque ait in ipsis:

Caelum nitescere, arbores frondescere,
Vites laetificis pampinis pubescere,
Rami baccarum ubertate incurvescere,
Segetes largiri fruges, florere omnia,
Fontes scatere, prata herbis convestirier.

Et aliam quoque ex parte dum topographicam Granatae descriptionem apud Historiographos offendimus, quis si bene sit oculatus non conspiciet Elysiorum imaginem quandam mentis conniventes prospectare? Ego equidem, et mecum quisque crediderim Marianam nostrum de beatis sedibus, ac locis laetis, de quibus Virgilius, verba facere, dum de urbe ista hac, suorumque agrorum planitie hanc profert sententiam: fontibus, qui ex vicinis montibus sex, et triginta derivantur, ac rivis irrigua, amoena, ac prope humano cultu felicior. Quo enim isthaec nisi ut sedes beatas, ac fortunatorum propae itidem nemorum amoena vireta hanc Regionem appellet?

At dum per tempus licet ut magis, atque magis

gis quod intendimus ostendamus, quod post thetrum nostrum par carmen adjicit Virgilius clariori, ac dilucidiori rem aperit argumento

Largior hic campos ether, et lumine vestit
Purpureo, solemque suum sua sydera norunt.

En esta expresion de Virgilio hallo mas luz para mi assumpto, de la que encuentran otros. Noes el ether el ayre como quiera, en su misma ethimologia lleva esta palabra el esplendor, y la iluminacion como muy propria, de modo que assi indica ser el dia mas largo, y la luz mas liberal por mas duradera en los Campos Elysios

Largior hic campos ether, et lumine vestit
Purpureo.

Pues aora: es mathematica observacion segun el computo de nuestro meridiano, que respecto de nuestra Betica, tien el dia por decirlo assi mas amplas facultades, o jurisdicion de mas estenso limites encerrada. En vna palabra los dias son siempre mas largos en ella Largior hic campos etherꝰ. Preciso era que fuesse assi para que no le faltasse a esta Ciudad vnas de las circunstancias mas bellas de aquella Region bienaventurada sedesque beatas.

Ademas que a la luz que el sol difunde por aquella Region de los Felices la llama Virgilio purpurea, esto es soberanamente hermosa, y de vna brillantez alegre, y refinada. A la verdad ningun otro Pais puede

entrar a la parte, o â formar competencia con la clarissima, purpurea luz que dispensa el sol en Granada el Sol. Aqui la purissima raridad deel ayre sin las densidades crasas, que en otras partes cargan la atmosfera, es un cristalino ochabado espejo por donde penetra sin estorvo, y multiplica la luz deel sol sus rayos. Aqui se puede decir que tiene el sol su cuna, y que es natural de Granada, y que los dichosos habitadores de ella lo tienen por mas suyo que los otros solem que suum sua sydera norunt. Digo esto porque ninguna Ciudad de nuestra Iberica cuya situacion incline mas hazia el occaso se jacte vanamente, como oi a no sé quien, de afectar en los margenes de su Beth a los campos Elysios. Donde estan alli las amenidades deliciosas? Donde el dia mayor? Donde la purpurea luz, con que se viste de gala el ayre? Alla decia nuestro Acosta que no se detendria en conceder ventajas a otras Ciudades, o Naciones en otra linea, que no fuesse de talentos politicos, y de governar con equidad, y acierto los pueblos. Assi no les negare a otras alguna excesso de otra esfera, pero por lo que toca â las amenidades no ay quien se las quite, o quien se iguale con Granada.

Multi quanimicis fortasse existerim et quod ajunt meridiano soli facem inferens. Quid randis dicitis immoramur, cum Carolus Ruceus magnus magni Virgilij interpres, cum hunc locum attingit, et exponit de Elysiis sic sermonem contexit: Alij in Hispania

Beticae Andaluciae Granadae, ubi enim minime accommoda ra hispanicis verbis proferendis idiomati gallici dialectus errorem haud levem per typos fecit irrepere.

No quisiera que aun con la difusa molestia de esta disertacion panegyrica dicse yo a entender que son eternos mis campos Elysios, pero no quisiera tampoco que se me de Platon por agraviado, de que siendo el voto de calidad en punto de estos campos no me aya debido una memoria. Ello no prueban mucho sus palabras, si bien por otro lado tienen cierta especie de quadrada proporcion hazia nuestro. ibi temperati anni frugum omnis generis copia, illic philosophorum scholas esse. Alli ay abundancia en todo genero, alli estan las escuelas de Philosophos, y cierto que para este punto sola Granada ha de ser nuestro Elysio. Aunque no quiero en negar al disimulo una expresion que se me podia objectar por argumento; non enim vel iniquum frigus, vel intemperatus calorem ibi dominari, sed bene temperatus aeri diffundi subtilibus solis radiis illustrantem. Bien que las palabras que con una mano dan la dificultad, dan con otra la solucion. No le niega Platon a su Elysio campo el frio, sino la iniqua destemplada desigualdad deel, non enim iniquum frigus. No le niega el calor sino el destemple deel. Los excessos del frio quando provienen de la sutileza del ayre por

purificado con los rayos del sol tan lexos estan de ser
nieblas, q son el medio mas conducente para vn
temperamento saludable, q debe tener el Elysio, y
Granada como tal lo debe tener, pues si esto no fuese
asi no serian los Elysios alegres parajes, amenos ver-
jeles de afortunados bosques, y Regiones bienaventu-
radas, y siendo asi q se debe decir de los q por for-
tuna somos los escogidos para tan feliz Ciudad y
Maximo Colegio

Devenere locos laetos, et amoena vireta
Fortunatorum nemorum, sedesque beatas.

At enim si vellem angusti temporis Granatae laudes
preconiaque seu coarctare, sive contexuare, quid frus
tra cum tentarem, ac pene supra humanas possum
vires. Quod de virtute alius olim cecinit ego nunc de
seguiori causa de hac urbe: ipsa quidem pretium
sibi, et quod ille suae decus, ac Corduvensis gloria.
Seneca de luce solebat dictitare, potiori ego causa de
Granata dicerem: Lux ipsa se ostendit. Non e mendi-
catis haec urbs preconio indiget, ipsa namque seipsam
ostendit. Qui enim oculatiores testes hac possunt adfer-
ri in causa quam ipsi oculi? Quicumque fert ani-
mus multa inquirere indagatione quanta, qualisque
Granata sit sua per amenissima strata oculis conspi-
ciat, dubitet an Elysium isthic urbs sit? Si viderit
minime erit ei de quo dubitet habere, semel enim ista

nec meni, nec oculis meis [illegible] sinceru[s] sit uo-
abire abire potuit sententia semitam. Ergo fortu-
nati ante alios cui non semel hanc Felicem oras
videre datum est, qui toties beatas sedes tenuistis,
qui toties amena Surrentinatorum nemora loca pede
adivistis, loca ore vidistis, diem iterum, atque liberi
videamini non esse cum a mente nostra, et a Granata
ipsa abhorrere videamini. Ego tamen ut cum dulce
quid certe faciam, nisi cum res profiteatur servum
atque ancillam in triumphi monimentum, atque
adverso tibi signum Granatensia tempora
e suo [illegible] viridarii floribus decerpsi quae pos-
sim arte texere

Mystica Pharmaceutria.

Mystica Pharmaceutria,

Funiculus triplex, sive
trilix Lorica
pro trium votorum in Societate Jesu emissione diiaudanda,
prelectio Paranymphica
ad tria illa Virgiliana carmina Eclogae octavae,
cui nomen Pharmaceutria:

Terna tibi haec primum triplici diversa colore
Licia circumdo, terque haec altaria circum
Effigiem duco, numero Deus impare gaudet.

Cogitanti mihi quam nam ex antiquis Authoribus sententiam pro qualiquali hac in laudatione Panegyri exornanda in scopum, atque thematicum seligerem statim occurrit Maroniana Bucolica octava numero, hujusceque carmina praealegata, quae ni fallor egregie totam rem, velut Ilias in nuce, paucis verbis, et quasi virtute contineant. (A. [illegible]) At vero id nominis Pharmaceutria, cui [illegible] indidit Virgilius, cum operis decursu magam, sive sagam faeminam inducat licia (quod quid moris est apud veneficas), circumdantem, eaque numero terna, et colore: deinde circum altaria quamdam ducentem effigiem sive luteam, aut ceream: postea quale, quantumque oblectamentum Deo pariat, et gaudium haec terna liciorum circumdatio, ternaque effigiei circum altaria ductio, signatis illis verbis numero Deus impare gaudet, Andinus Vates exponit: quae cum ita [illegible] laboris totus incumbam, ut mystico horumce carminum sensu altius evolante Pharmaceutriam aliam, sive Dei amoris medicamen constituam in Juvene, qui hodienunc terno, tricolorique licio [illegible] itidem tergemini funiculum triplicem, qui nunquam rumpatur, colligavit, atque hac trilice lorica pectora obarmatus sub Jesuano vexillo novus miles incipit nunc stipendia mereri. Quod ad me attinet idoneus [illegible] entem, remque, quia [illegible] quod ad vos, Auditores amplissimi, id deprecor enixe, ut mihi [illegible] tam [illegible], quam in[illegible] [illegible].

Primo super [illegible]

En [illegible] verbis

Sextus [illegible]

Nexibus implicitis iuvenis dicat, et ligat arctè
Se tibi, teque sibi: meritò sunt licia primùm
Quę modò dat circùm, nec enim fuit ulla potestas
Ante suum donare diem sat munera grata,
Fœdere perpetuo donec sacramenta ferire
Militię possetnostrę data signa sequutus.
Trina bis illa manent: numero sunt illa colore
Terna simul; color atque suus respondeat aptè
Cuique trium; virtutis erit color additus illi.
Scilicet et roseum, fuscum, album mystica textrix
Circumdat manibus, totidem ut mysteria signent.
Licia Loyolidis superant quę albore micanti
Alpinas, primasque nives, chrystalina crusta
Opposito plumbo nitidam reddentia formam:
Candor ut ille notet corpus, mentemque pudicam,
Dia quibus facies steterit, seu dia videtur
Forma viri, seu forma Dei, dum fulget honore
Ille pudicitię, qui non temerandus in ęvum.
Licia non aliter poscunt candentia fila,
Ut candore suo referant castissima vota.
Purpura nec cocco certabit tincta rubenti
Induperatorum olim, quę vestemque, sagumque
Infecit liquore suo, Tyrioque veneno:
Non ea, non certare potest: ea vincitur, illa
Huic tenui filo devictam porriget herbam,
Quod rosa, quod murex melior, quod purpura tingit
Diphaba sanguineum lanis imitata colorem,
Assertor mundi dum magni iussa Parentis
Exequitur moriens cruce, rubricaeque cruentus;
Ut pręeunte Deo discant parere minores.
Nec niger ille color, primum quem destinat artis
Tergeminum filum Sagę data licia circum,
Poscitur in casum: tegitur velamine ab illo
Divitias contempta suas, pullataque veste
Pauperies, quę clara fugit, quę obscura requirit;
Non huic umbra placet, magni si nominis umbra
Illa fiet; fastidit eam cane peius, et angui
Magali contenta suo, contemnens ...

Ter

Tergeminum votum; ternus color, illaque terna
Licia constituunt, animant quasi cola labore,
Perpoliuntque manu, sacrato in pectore formant
Effigiemque Dei, Iuvenis quam sistit ad aras;
Et vovet ille simul, ter circum altaria ducens,
Laetitiamque Deo, dum talia protulit ore:
Terna tibi haec primum triplici diversa colore
Licia circumdo, terque haec altaria circum
Effigiem duco, numero Deus impare gaudet.

En breve mapa compendizaré toda la idea: tres son los lizos, que Virgilio propone Terna tibi: tres son los votos, que propone, ô ofrece nuestro Joven Estudiante: Virgilio los propone ofrecidos la primera vez Terna tibi hęc primùm, y tambien los votos se han ofrecido oi la vez primera; porque el prudentissimo atino de la Obediencia âun â la devocion en este punto le ha puesto coto, ô señalado raya: votos propuestos la primera vez primùm; pues para llegar â la cumbre de otra ... on, le queda âun espiritu Jesuita mucho que renovar. Essos tres hilos, que justamente comparamos con los tres Votos, con razon se llaman lizos Licia: palabra, que segun la Etymologia mas propria en pluma del Isidoro, es lo mismo que decir Ligia originandose entonces del Verbo Latino Ligo. Y quien duda, que los tres Votos son lazo de tres ñudos, ataduras fuertes, y amarras firmes, en que juntamente se ligan para con Dios las almas, y los corazones? Usaba este genero de encantacion la Magia en sus conjuros, porque al passo que ivan ... se trabavan los lizos, se ivan ligando las almas, ô mentes de aquellos, que eran objeto del prohibido enlabmo. Si bien acâ con mejor medio, con mejor motivo, con encantamento mejor al punto que circundan al alma para con Dios los tres sagrados lazos de los Votos Terna tibi hęc primùm licia circumdo queda ella con ellos ligada, y obligada. Llamanse lizos en el arte de texer aquellas orillas, que rodeando la tela, sujetan por uno, y otro lado las cabezas, ô puntas de los hilos, porque la laboriosa tarea se interrumpiria, si traspassassen el margen, que los lizos le prescriben: Licia (dice el Jesuita Rueo) sunt limbi, qui hinc, illinc telam cingunt, et in quibus capita staminum cor... Son los Votos sagrados, que le ofrecen, aquellas orillas, ô margenes, en que se van sujetando los hilos de la Vida; y la observancia de ellos entretexiendose con el hilo de la predestinacion forman el estofo brillante, y tisú de Oro de una Religiosa

Vida; pues alla Ezechias va hablando de su vida en metaphora de tela Precissa est velut a texente vita mea; y el Chrysostomo dice, que Dios tiene puesta en el telar la vida de los Justos, y que la va texiendo con una variedad maravillosa Mirabili varietate contexi. Veamos si las Musas se avienen con los primores del texido:

El peine, que Penelope, y Minerva
Con estambre sutil, ô seda agitan,
Animando figuras, y colores
De pincel dulce propriedad conserva;
Pues quanto mas los hilos exercitan,
Tanto mas exercitan los primores,
Que Divinos Pintores
Con triplicado colorido forman
Imitando la lana â los Carmines
Negras Violetas, candidos Jasmines,
Que muchas almas al estambre informan;
Porque en los hilos, de que esta texida,
Son varios los colores de la vida.

No de Aracne la audacia artificiosa
Ha de representar la docta trama,
Complice del ~~[illegible]~~ defecto el mismo arte;
La tela de una vida Religiosa,
A quien del sacro amor Divina llama
Debe encender el tinte en cada parte,
Trina oi se reparte
En Castidad, Pobreza, y Obediencia,
Que de la tela son lizos constantes:
Perfecciones dibuxan elegantes
Credito del texido, y de la ciencia,
Y atendiendo a vigor de sus influxos
Borradores no admiten los dibuxos.

El candor de una hebra en dulce estilo,
Y de otra la mystica [illegible],
El otro rosicler de grana fina
Con [illegible]

Conf[illegible]

Conformando una imagen, ô figura
Placido gozo â Magestad divina:
Con tres votos se inclina
En lizos bien seguidos, y ordenados
A dar texido el Religioso esmero,
Que de Divinidad alcanza fuero,
Con quien no estan los pobres alcanzados;
Pues quien en observarlos se desvela,
De tres altos le da fondo â su tela.

Si la Circe con magicos encantos
En breve effigie ia de limo, ô cera
Estrellas, cielo, corazones ata;
Admiraciones pide, mas no espantos
La imagen blanda, al passo que syncera;
Que quanto mas se estrecha, se dilata,
Pues libre se desata
Con los mismos tres lazos, que se liga,
Para volar â esphera mas dichosa,
Qual Aguila ~~[illegible]~~ caudal, y generosa
Con suave violencia, y fuerza amiga:
Siendo los lizos tres, con que la aprueban,
Tres lineas rectas que hacia Dios la llevan.

Sed cùm Virgilius ea licia vocet triplici diversa colore, eadem Interpretes autumant nigra, alba, roseaque, ut singulis coloribus istis singula quoque vota denotentur, seu potius depingantur. Quòd si ad Paupertatem mentis aciem convertamus, ac oculos, quàm bellè Subnigro colore non tam occulitur, quàm ostenditur. Is enim color, apud homines non solet maximi haberi, quòd sit, qui plus distet â luce. Atcum, quis nesciet, congruere quam maximè paupertati ipsi, quæ sexcentis, ut aiunt, lucis ab splendore dignitatum abhorret, et deviat; sed quid immoror? Cùm Calpurnius poeta Romanus, ea nempe nobilis, et exercitatissimus paupertatem eo indutam colorè ~~[illegible]~~ constituat. Sic ille habet.

O utinam nobis non rustica vestis inesset
Vidissem propius mea numina. Sed mihi sordes

Pulla

Pullaque paupertas, et adunco fibula morsu
Obstiterunt.

En paupertati liciis atris abs dubio vestis contexta fuit.

Enim verò alter alterius licii color, candor, inquam, et albor, is est, qui multimodis eapse sui intaminata puritate illimem castitatis naturam, atque pellucidum designet speculum. Quamvis enim hoc adeò sit firmum, ut nullus bipedum sit, qui ambigat; tamen plusquàm in argumentum, in ornatum non gravabor Alciatum exhibere emblemate centesimo septimo supra decimum in colores:

At synceri animi, et mentis, stolla candida pure:
Hinc syndon sacris linea grata viris.

Deinde Pierius hunc colorem symbolum ejusdemmodi virtutis appellat.

At licium seu roseum, seu rubeum obedientiam non monogrammâ picturâ, sed vivido colore variatam commonstrabit, oculisque subjiciet. Mendocium Lysiadum, sodalitiique nostri gloriam maximam attentè, ac dociliter auditote: Neque verò is color erat solùm in animorum incitamenta, sed victoriarum etiam argumenta. Imperatores enim Romani minio rubenti illiti triumphos agebant. Cum verò vir obediens loquatur victorias, gloriososque agat triumphos Venciendose con el supremo grado de obediencia en la parte mas alta de si mismos, ut ad Ignatianam gnomen auream in epistola Obedientiæ alludam, quâdam nec ea immerita deductione iam patefit, eum, qui nâ voto, sive licio [illegible] se obstringat, roseum colorem, tanquam suum proprium, sibi vendicare. At Liricis tantisper indulgeamus, ne Horatius noster asperet querellas:

Candidum filo triplici ligamen,
Purpuræ mixtum rutilo cruori,
Licium fulco Juvenem beatum
Vincit, et ornat.
Non venenatum magicæ carmen
Ceream ducit manibus figuram,
Non eam sacris acubus, liquore
Pungit, et ungit.

Propter altare, et monumenta Divûm
Rettulit cantu meliore carmen
Qui novo sese socijs honore
Coetibus infert.

Imparem voto, numero, colore
Hic Deo spondens animum, triucem
Induit vestem, tribuitque trinus
Munus, et unus.

Martyrum casu celebrat triumphos
Non Parens nostrę, meritęque gentis,
Quos Tyrannorum rabies superni
Reddidit oris.

Japonis tellus rubefacta diâ
Purpurâ Jani, Jacobique, Pauli
Per trium palmam renovat colore
Vota recenti.

Nempe coelestum crucibus paratis
Vis dedit fuscam speciem, rubentem,
Candidam, trino ut faciant tropęo
Licia vota.

Estando en la Infraoctava de nuestros Santos Martires, siendo ellos tres, y aviendo concurrido en su martirio los tres colores, que oi celebramos, parece que es de Justicia hacerles commemoracion. Concurrieron en su martirio los tres colores, que celebramos oi, y en que, como hemos visto, estan significadas las virtudes de los tres votos. Poco antes que furiosa la tyrania dessaloxa de sus cuerpos aquellos magnanimos espiritus, estuvieron en el cielo visibles aquellas cruces de tres colores, que comenzando en blanco proseguian en roxo, y rematavan en negro; para que se viessen tambien en el martirio de los tres ilustres Japones los votos de un su Ermano Jesuita celebrados en su Infraoctava, y significados en aquellos tres colores diversos. No tengo mui en la memoria el nombre de aquel Autor, que al estado Religioso le da el epitheto de feliz martirio. Lo cierto es, que se reputa por muerte civil, y es muerte, que da vida espiritual muriendo al mundo, y al amor propio, y viviendo â Christo Nuestro Señor solamente. Assi nuestra sagrada Religion no da â luz sus Jovenes concebidos donec formetur Christus en ellos, formando

se

se tales por medio de los votos, y quedando assi constituidos sus verdaderas effigies, para que vea assi el Eterno Padre conformes fieri imagini Filij sui, y el que se complacio en su Hijo, in quo mihi bene complacui, repita las complacencias en su effigie, ô en su imagen:

Terque hæc altaria circum
Effigiem duco, numero Deus impare gaudet.

Feliz Joven que al encanto
De tan celestial conjuro
Con tres lazos solos burlas
Los infinitos del mundo:

Con tres ancoras amarras
La nave en puerto seguro,
Cuia sorda playa ignora
El eco del infortunio.

Tres vezes doble loriga
Vistes, y embrazas escudo,
A quien es cobarde amago
El mas enemigo impulso.

Los tres lazos, que rodeas,
Estrechan tan fuerte el nudo,
Que mientras este en tu mano,
No lo cortara ninguno.

Aquel Gordio de Alexandro,
Que en Labirynto confuso
Enredaba â un tiempo mismo
Los ojos, y los discursos.

Fue despojo de su azero
A qui dos vezes agudo;
Y esta de temor cortado
Para hombrear con el tuio.

Los

Lazo que en sus tres torzales
Blanco, rosado, y obscuro
Con tornasolados visos
Todo es Luz, y nada humo.

El negro aqui mysterioso
No es de la luz denso muro,
Antes si bandera es blanca
De la Ciudad de refugio:

Quiero decir uniforme
Con que el General Augusto
Ignacio viste sus tropas
Haciendo gala del triumpho.

Que el color de la Pobreza
A ojos debiles adusto,
Solo es noche en el engaño,
Y en la verdad Soles muchos.

El candido con brillantes
Resplandores bien difusos
Es embidia de los Astros,
Si contemplan lo puro.

A symbolo de Obediencia
Se ha levantado el purpureo,
Que con la sangre de Christo
Tiñó todos sus influxos.

Estos tres forman la imagen,
[illegible] Dios [illegible] Alumno
Y los tres Martyres sin
Exemplares del trasunto.
Diga la pues: Terna tibi,
Hec licia primum circumdo,
Et ter hec altaria circum
Pro votis effigiem duco.

Et ecce

Et ecce bone Iuvenis, quę licia versicoloria circumdedisti, quę vota Dei domesticus emisisti, quam effigiem circumduxisti, quam hodie mysticam telam texuisti, quod impare ternario gaudium Deo tribuisti, nulla falx Parcarum, aut temporum abrumpet, nulla Vulcani vis ceream imaginem reddet abnormem, nullęque vel ipsius mortis forcipes scindent, aut dissecabunt, nulla malesanę [illegible] facies ob nubila unquam decolorabit: tribus hisce coloribus ita assequutus fuisti, ut summè perspicaci Dei obtutui pergratum ediderís spectaculum; â quo, et â te, ut spero, et speras, nunquam Dominus avertet faciem suam.

Tandem tandem emittis Licia terna;
Ducis effigiem ter circum altaria,
Et Deus amat hęc numero impari,
Si observatai sint paria, sint terna.

Dei domum Amicus, iam non Verna
Habitas, et stipendia singularia
Mereris; tricoloria hęc donaria
Sub uno tegit nigricans lacerna.

Iam triplex funis, iam trilix lorica,
Mystica Pharmaceutria iam teuniat
Deo, et ligando det candidam sortem.

Imago Christi arceat inimica,
Et sobriè, et castè eadem terminiat,
Ut sis in Christo obediens usque ad mortem.

Hercules suffecnus.

quicha Crystal de roca en todo aquella nieve, que reservada
por se resfriado del Ayre. Esta esta suposicion no ay que admirar
los vestidos de Osso, ó á la carne de Marino le damos el nombre
de Crystal ya de nieve. Fiat nix, fiant Crystallus.

Hercules Effectus.
Sub eo involucro
Parata Gratulatio.
Ad illud Sulmonensis carmen
Hercule supposito sydera fulsit Atlas.

EXORDIUM.

SI aliquando alias et Hercules magnus visus fuit, Hercules, ut fert nomen, Heroüm splendor, ac gloria, terrarum ille occiduus lumen, Hesperiæ nostræ decus, quin et insignis vel ipsius Hispalis Pater; eam siquidem urbem Herculem fundasse, ac exedificasse vetera testantur monumenta. (R. admodum P. noster hujus Bœticæ Provinciæ regimini tuæ denuò addita, Caput Collegij istius meritissimum, P.P. cum virtute, tum sapientia conspicui, Religiosi, optimæque spei juvenes) Si aliquando alias Hercules, inquam, magnus visus fuit, illoc præcipuè tempore, cum Atlanti, qui Cœlum humeris fulciebat, opem tulit amicam, et id oneris subeundi, quod soli Herculi datum est, perdifficilem certè Provinciam indefessus accepit. Hoc temporis itcirco maximè quid valeant humeri; quid ferre recusent, sub oculos posuit, ac ostentavit: scilicet, est aliquid, et majus quiddam, totum totum, quotus est ipse, polum humeris contorquere, quàm Belluas, sive Lerna sit, sive Nemea, ceteraque immania monstra, aut ferrata clava, aut manibus sternere, et detriumphare. Nihil certè, neque quidquam invenire augustius poterit efficacius, quod quantus et qualis sit Hercules caput velut digito ostenderit, quàm vicaria hæc, quæ ut certò certius habetur, sibi Atlantis munere injuncta fuit, valida ætherëi globi sustentatio. Nequaquam enim tanto ferendo oneri maximus Atlas parem inveniret, nisi sumpsisset Herculem, quem sibi parem et animi magnitudine et virtute, et reliquis quæ virum decorant ornamentis, longo usu, multisque ... bitudinibus ... junctis jam pridem recognosceret? Et hinc cum tempus tulerit, ut ... accipiendo ... Collega, Cœloque altero fulcimento augeret ... atque alea ... aequa omnibus bilance pensitatis, non in alium quidem isthæc abire cogitatio, atque delectus, quàm in illum ..., quem totus æthereus orbis ad id muneris, veluti suo pondere, ... quisisset, et sibimet de illo benemeritus, cum Hercules robore requiesceret, maximoperè gratularetur. Enim verò cum Herculi dum tantis per Atlanti ... cessandum est, si tantillum publicis se curis subtrahere ... est, res tanta Herculeas et ... et caput exposcere videbatur: ... vel se ipso, vel Hercule sup... ... verius dicam, et se ipso, et Hercule supposito sydera fulsit Atlas.

Super Nasonis carmine
Hercule supposito sydera fulsit Atlas.

PARAPHRASIS.

Viribus ille suis quondam qui maximus Atlas
Dicitur æthereum sustinuisse globum:
Post inimica mali quam vis mage mole fatigat,
In partem curæ te, Jove nate, vocat.
Annuit Alcides: magnum (mora nulla) levamen
Strenuus alterno præstitit officio.
Sufficiensque vices humeris modo sustinet axem,
Quicquid et astriferæ continuere plagæ.
Nec novus insuetum cervice resumit Olympum,
Nec minor immensum mole recusat onus
Ipsa nec amotum senserunt Sydera fulcrum;
Nec tamen amotum, quod requiescat, erit.
Sic convexa poli socius sustentat uterque,
Sic opus alterna dantque, petuntque vices.
Et data saxa simul convolvere quilibet audet
Sydereasque domos: hic tenet, ille tenet.
Tempestiva quies animos, arcusque retardat,
Otia nunc magnum sunt vel Atlantis opus.
Tempore quod parvo Germanam præficit orbi
Phœbus, an ille suos deseruisset equos?
Juncta ministeriis nectunt modo munera; et unum
Heroes gemini constituere caput.
Ambo pene pares ætatibus, Arcades ambo,
Arte pares, studiis, ingenioque pares.
Variatur per Semimetrias. Hic venit, ille manet, aut hic manet, et venit ille,
Alter, et alter abest, alter, et alter adest.
Nec grave sensit onus fulsit qui sydera; nam...
Hercule supposito Sydera fulsit Atlas.

Posteaquam longis itineribus multas Hercules emensus est terras nostras, quam vocant ultimam, Hesperiam peragravit, Bæticam, licet ea regio eo tempore hoc non dignabatur nomine; [illegible] deque con[illegible]stravit, et in Hispali, cujus conditor fuit, suas sedes statuit, ac [illegible]: posteaquam studio tot invisendi plagas, tot videndi homines, sese velut quodam prudentiæ instar, ut ferat

peregrinao) ac exemplar effinxarit, his motus rationibus ad tantum munus subeundum; vel obeundum Herculem sibi delegit.

A la verdad estos viages fueron piedra de toque, que descubrieron los quilates mas preciosos en los talentos de Hercules. A Ulisses, en quien depositò la prudencia todos sus primores, por el mas seguro credito de su prudencia summa logra en Homero su Panegyrista como primer elogio el haver visitado muchas Ciudades, y reconocido las costumbres, los genios de muchos hombres: Pollon te Anthròpon iden astea cai noon egno, que traduxo assi la pluma de Horacio:

Qui mores hominum multorum vidit, et urbes.

De modo q. yo creo, q. se moviò Atlante à substituir en su lugar à Herculeo con la ciencia cierta de que havia hecho reseña de la prudencia mas solida, de la politica mas fina con el precisso empleo de sus Peregrinaciones. Y es el caso, que la moralidad historica de esta fabula no es otra cosa, sino que en Atlante esse tener à su cargo el Cielo, era exercer un empleo publico, como lo dice Natal Comite en una missiva poetica à Matheo Bembo Senador Veneciano:

Hinc et Atlanteos humeros recreasse labantes
Dicitur Alcides, tenuit cum pondera mundi:
Fabula, sustinuit quod Atlas flammantia Coeli
Astra: magistratus, et publica pondera gessit.

La fabula es q. Atlante sostenia con su cerviz el Cielo. La Historia es, q. exercia con su prudencia un empleo publico, ò Magistrado. Pero en q. consiste, q. Atlante recargasse sobre Herculeo toda la esphera celestial, ò por mejor decir pusiesse à su cargo el cargo que de antemano tenia? Ya dà la respuesta el mismo Natal Comite: Quod attinet ad Atlantis laborem dicunt Atlante Magistratu gerente in quamdam rerum maximarum aliquando incidisse difficultatem, qui Herculis sapientissimi hominis consilio rem praeclarè transegit. Comite està en estas palabras misterioso no quiero fatigarme por entenderlo; passemos adelante.

La inteligencia comun en este caso de Atlante es, que este dexò la esphera, que estaba à su cargo, y que la sobrepuso à Herculeo solo. Mas Ovidio, q. tiene voto de calidad, y lleva la mano en materias fabulosas (si no trastado à la parte de sus transformaciones) indica lo contrario de esta comun inteligencia en q.to mi corta penetracion alcanza: Hercule supposito sydera fulsit Atlas. Es decir: Poniendo Atlante sobre los robustos hombros de Alcides el Cielo, sostuvo Atlante al Cielo mismo, que tambien ponia à cargo de esotro. Pues sie Atlante

lo soltàra, no fuera èl quien lo sostuviera, sino solo Hercules con su robustez vigorosa. Quède, pues, por fixo, q̃ quando introduxo à Hercules à la parte de su empleo Hercule supposito en ninguna manera dexò el cargo de sustentar este mismo Cielo Sidera fulsit Atlas. Y si acaso llegò à descargarse algun tanto de èl, fue de modo q̃ no perdiesse la propriedad de aquel oficio, y en este pensamiento tiene tambien lugar la expression del Sulmonense. A la verdad yo creo que quando Hercules se hizo cargo de sostener la esphera, tomò un exercicio en q̃ todo aquel ~~gran~~ hombre, toda su heröicidad estaba puesta en accion, siendo assi precisso q̃ diesse de mano en este interin à sus empleos proprios. Las elegantes pinturas que animan con los colores esta fabula proponen à el gran Alcides con todo el infinito pesso sobre el cuello, y ayudandose de sus manos robustas p. sustentarlo.

De modo, que parece precisa consequencia, que al substituirle en la esphera Atlante, mientras Hercules sostenia todo el pesso para tener las manos libres, que debia ocuparlas, en tan grande assumpto, depositaria en las manos de Atlante como su authorizado distintivo, digo la famosa clava: la clava, que por ser su materia de oliva era ramo desgajado del arbol de Minerva; pues de oliva, ò de Minerva debe ser la vara, con que se govierna una Comunidad entregada del todo à la literatura, y no acaso segun dixo Claudio Clemente se colocaba una effigie de Hercules con su clava symbolica como presidente de las publicas Academias. Assi quedò el Cielo en manos de Hercules: la clava en manos de Atlante: Hercules tenia en substitucion la esphera: Atlante tenia en substitucion la clava: en este interin retenia Atlante la propriedad de la esphera celeste: Hercules retenia la propriedad de su clava en este interin.

At vero qui mythologicq rei evolvunt sensum super Atlantis, ac Herculis historia in varias abeunt semitas, et judicia, ut quid indicet fabula dignoscatur. Sunt qui dicant Atlantem, et Herculem cœlestium rerum studio, ac syderum motu maximè fuisse vexatos, quod idem est, ac si diceres, arte regendi, quæ dubio procul axis Cœlorum est, si quis umquam alius, ambos eminere. Et ea propter, quaerrentoque id vel honoris, vel oneris, quale est cœlestem et capite, et manibus arcem sustentare, maximus Atlas sciens gaudens, ac ultrò volens, qui cum quis, et quantus Hercules sit sibi admotus in prospectum habeatur in summum Herculem summis etiam omnium plausibus contulisse.

Verificandose aora de Hercules:

....E: enime

Cum tot sydexibus Cœlum xequierit in illum,

que canto Ovidio de Atlante. y en este caso por la misma razon se debe cantar del heröico Alcides: pues es cierto que en ellos descansan el Cielo, y las estrellas, aunque el descanso de sus estrellas lo compren al subido precio de sus grandes fatigas. Cum tot sydexibus Cœlum xequierit in illum.

En el grande Nombre, que
El diminutivo forma:
De su consejo la norma
La del Buen consejo fuè.

Ovidio hablando de una su nave dice asi:

Est mihi, sitque precor, flavæ tutela Minervæ
Navis, et à picta casside nomen habet.

En Elogio del Santo
Soneto.

La ~~...~~ Nave, que en la popa levantada,
Como mejor navio de con[...]

El Simulacro lleva de Minerva,
En èl lleva su dicha retratada.
La protección denota la Celada,
Que del triste Naufragio la preserva
En los embates de oleada acerba
Por Tramontana inquieto concitada.
De esta Classe la Nao, Armada Classe
En su Frontis, ô Popa â Luis retrata
Por su tutela, por su Cynosura:
Con tal Yelmo no avrà riesgo, que passe;
Pues si por la pintura es Galeata,
Santelmo en realidad es la Pintura.
Consultado Apolo, sobre la fortuna de Troya respondiò, que guardasen el Palladion, y guardaria la Ciudad:
Æthream servate Deam, servabitis Urbem.
Soneto.
Viendo Troya su riesgo tan vecino
En la dura opression del sitio Griego.
Quiere romper con passo nunca ciego
Las obscuras regiones del destino.
Su recurso al Oraculo Divino
Esconde en humos la piedra del ruego:
Ya pierde el Tanpe indocil su sossiego:
Ya su dura mudez fuè eco ladino.
Como guardeis el Palladion, les dice,
Imagen de Minerva, triste hado
No temais, ni temais, que Troya arda:
Conserve siempre en ti, Joven Felize,
La Imagen de Luis tu fiel cuidado,
Que si guardas â Luis, Luis te guarda.
Minerva Frenatrix dicitur ex Carthario,
nam freno Pegasum coercuit: Lodoicum
et virum, et equum, qui praecipi-
tes agebantur divinitus detinuit,
et servavit incolumes. Ex
P. Conrado Janingo.

Indomitis pertinax esset cum Pegasus alis,
Frena reluctanti stricta Minerva dedit.
Fertur Aloysij duxis parere superis,
Precipitare virum qui male fertur equus.
El Pegaso no sufrio
La tirādura de la brida,
Hasta tanto que atrevida
Minerva lo refrenò:
Parejas Luis corriò
En esto, ō excessos hallo,
Pues echado à un hombre el fallo,
Como el cavallo se assombre,
Triunfò, no perdiendo al hombre,
Y sacò bien su Cavallo.
Quam mercedulam, et obsequium Discipuli
Magistro prestabant, ita Antiquis
Minerval vocabatur.
Exhibet obsequium, munuscula grata, Magistro
Si bonus Auditor, nempe Minerval erit.
Ergo quisque litat quod Alumnus carmen amore,
Gonzagae proprium iure Minerval adest.
El Discipulo ofrecia
Dones, segun d'exiguo,
Al Maestro en tiempo antiguo,
Y Minerval se decia:
Con triplicada armonía
Los versos en grato afan
Minerval à Luis dan,
Porquè van à su Patron,
Porquè de Minerva son,
Ō porquè en su nombre van.
Minerva armorum, et scientiarum Preses:
Utrisque preside Aloysius, auxilio
suo videtur Antverpiam à Ba-
tavis liberasse.

Batta-

Batavus Antverpe minitatur; sed Lodoico
Incutiente metus, dat cita terga fugæ.
Præsidet et Lodoix studijs, et præsidet armis:
Siccine Palladiam quis neget esse Deam?

Amenazò el olandès
A Ambezes en interpresa,
Y la que parecio empresa
Fuga por Gonzaga es:
Su diamantino pavès
Ya derriba las escalas,
Ya debaxo de sus alas
Los Estudios Luis conserva
Tal vez armada Minerva,
O con toga tal vez Pallas.

Hablando Homero del officio, è inventos de Minerva, despues de muchas, añade esta parcela:

Virginibusque eadem monstravit prima, domique
Munera convenient, animisque impressa notavit.

Minerva docta con pincel de acero
Colorar sabe el lienzo delicado,
Donde de seda lineas ha tirado
Con la ultima mano de su esmero:
Ella de oficio fuè exemplar primero,
Primoroso à las Virgenes dechado,
De cuyos juntos todas han tomado
Las domesticas leyes de su fuero.
Luis en esta sombra significa,
Que la accion sola de Virtud, y Ciencia
En su casa à los Jovenes conviene.
Qualquiera de ellos que à las dos se aplica
Virgen por el candor de la Inocencia,
De las dos en Luis dechado tiene.

Minerva ex Natali Comite, vocabatur Polias,
et Cydonia, et Panea; ex hoc Programmate
Ea Polias, et Cydonia

confici-

Conficitur hoc Anagramma
Purum:
Pallas cedit Aloysio.
Pallas Aloysio, gerioni iure fatetur,
Cedere se Juveni: nomina versa probant.
Nomine dum duplici constat Victoria verso,
Cedit Aloysio Pallas dicta Dea.
Minerva tiene cedida
A Luis toda su Gloria,
Gonzaga và de Victoria,
Minerva và de vencida:
En dos Nombres vè caida
La fama de su renombre,
Y para que mas assombre,
Hace Minerva de officio
Dexacion de su exercicio
Con la cession de su Nombre.
Comenzando Minerva en competencia de Arachne, su tela Divina, se retratò à si misma armada en su texida obra: Sobre loqual dize Ovidio:
At sibi dat Clypeum, dat acutae cuspidis hastam
Dat Galeam capiti, defenditur Aegide pectus.
Sobre lo qual, y el texto:
Velut à texente vita mea,
Soneto.
Ai Minerva del texido en los primores
Los hilos facil con el peine agita,
Tan Divina en la obra se exercita,
Que viven en la seda los colores
Armada entre belicos horrores
Hace, que el Arte su Deidad repita
Tan propria, que aquien vè, la vista quita
La gola, y lanza en tremulos fulgores.
Texe Luis su Vida, y con tal Arte
Su Imagen prodigiosa và causando
que otra-

Que otro nuevo Luis forma el efecto;
Sus mismas armas forja en cada parte,
Y con sus mismas armas va formando
En Berchmans su retrato mas perfecto.

Los Juegos de Minerva se celebraban corriendo con una antorcha, ô lampara encendida, que se entregaban unos â otros: â lo qual alude Lucrecio quando dice:

Et quasi Cursores vitai Lampada tradunt.

Soneto.

En aquel de Minerva sacro Juego
Por curso de la Lampara luciente,
Aunque de mano en mano và corriendo,
En todas vive milagroso el fuego.
Lucida sombra es el Culto Griego
De aquella de Luis lampara ardiente,
Cuya luz es en curso mas frequente
Ô del difunto luz, ô luz del ciego.
Es Lampara de vida, que en la interna
Corriente devocion siempre encendida
Con esplendor reluce soberano:
Su Vida Antorcha es de Vida eterna,
Corre, Joven, con ella por tu Vida,
Sin que jamas se apague ella en tu mano.

- -

DIALOGUS

duabus Factionibus, Romanorum nempè et Pœnorum, habita.

Roma.

Roma mora est: viridi mutat sua nomina Ramo:
Sic mihi perpetuus serta moratur Amor.

Cartago.

Roma mora est vobis: nobis detentio compes:
Hinc nos perpetuò vincla inhonora manent.

Roma.

Romulidum toties laus est devincere Pœnos.

Carthago.

Pœnorum Fratrum numquam devincere pœnas.

Roma.

Hebdomadas vici septem: totidemque revincam:
Et ni fortibis, quos Danielis, erunt.

Carthago.

Compede vincimur: retinentur compede gressus:
Et facimus nullos ad Diadema gradus.

Roma.

Nos sumus Albani: Romę genus unde Latinum:
Anne tibi Latio, Pœne, vel unde genus?

Carthago.

Nos sumus ignavi: Quidni? genus inde latinum
Ambiguum nobis, Roma virile tibi.

Roma.

Ignavus meritò primum y mutabit in eRe.

Carthago.

Scilicet ignarum littera sola facit.

Roma.

Qui benè non certat, nullam capit ille coronam:
Tu benè non certas, nec diadema capis.

Non coronabitur, nisi qui legitimè certaverit.

Carthago.

Copia Poenorum Romanas verterat arces:
Copia verborum sed mihi verba dedit.

Roma.

Tot mihi nonnunquam Sacrorum copia prodest:
Verborum prodest copia nulla tibi.
Me mea ditavit, te inopem tua copia fecit:
Non mage, Carthago, quàm sacra, verba valent.

In Hirundinem Minerva mutata fuit. Hirundo apud Pierium Valerianum indicat Principem, qui se Civibus aequaret suis, neque ullo vellet ornatu, vel apparatu sumptuosiore excipi: et idem tradit, haereditarium patrimonium ex asse relictum per nidum Hirundineum significari, et calathum cum pullis hirundineis Hieroglyphicum cognationis esse. quae omnia Aloysio maximè quadrant.

Dicitur argutae minimam sumpsisse figuram
Docta Minerva Prognes, se simulante Deam.
Symbola te, Lodoix, haec multùm mystica tangunt,
Dum Juvenis pullâ corpora veste regis.
Aeque tuis Dominus nullis ornatibus aequas,
Germano cedens jura paterna domûs.

La antigüedad mysteriosa
Con moralidad fingió,
Que en Progne alada mudó
Minerva su ser de Diosa:
Ave sin duda operosa,
Sombra de Luis religiosa,

Que

Que en igualdad se compassa
Con aquel, que lo ha servido,
Que dexa à su Ermano el nido,
Renunciando su Casa.

El Templo
de Minerva, llamada Mamersa, se quemò en Athenas, reservandose la estatua.

Sobre los versos de Lycophron:

...................Atque Laphriæ
Domus Mamersæ co[illegible]sta flammis h[illegible]idis.

Soneto.

Que es esto? En llama arde repentina
De Mamersa, ò Minerva el Templo augusto?
Ya estalla el maderamen mas robusto,
Ya el dorado arteson su peso inclina.
De la Deidad la estatua peregrina
Se librò del rigor, mas no del susto:
Del fuego lo demàs [illegible] adusto,
Poca ceniza es, mucha ruina.
Su subito ardor, centella arrebatada
El retrete de Luis voràz emprende,
Mientras concede treguas al sentido.
El sueño informò estatua sagrada,
El fuego religioso assi lo atiende,
Y lo mismo despierto, que dormido.

Hermathena

ROMA.

Se pintará una columna [illegible], y sobre su Capitel quadrado se pondrá el rostro de Mercurio joven con sombrerillo, y en el dos alas; por la parte inferior del capitel se pondrá esta letra Hermathena, [illegible] Mercurio=Minerva: despues por la misma columna con letra competente se irá distribuyendo á proporcion, lo que se sigue:

[illegible] actum, in quo sub uno Mercurij signo, ut conjicitur ex Charrario, ac Dempstero, Mercurius, et Minerva colebantur, et tamquam Scientiarum Praesides, ac Patroni eâ [illegible] Gymnasijs locabantur, et Academiis.

Despues en el medio pliego, que resta, se ha de poner este titulo, procurando, que las lineas vayan en disminucion:

Sub Mythologico Hermathenę integumento
Juveni Aloysio, Mercurio [illegible],
Quo in uno, Scientiarum Praesidium et illibatę
Virginitatis candor
Per utrumque Numen illud symbolicè expressa,
Conjunguntur,
Mercurialium, uti vocant, Collegium, hoc est,
Academica Rhetorici Athenęi [illegible]
Juventus,
Et ex eâ Rom[illegible]
Mercuriale hoc,
Quod maximum sibi lucrum [illegible],
Tamquam Patrono primo,
Et hoc Juvenile Certamen, tamquam
Juveni Mercurio
Certaminum Praesidi,
Et Palestrę Numini in addictissimę clientelę
monumentum
Consecrat obsequentissimè.

Que si

Quæ sunt propria Mercurio, et Palladi
munia, et insignia, eadémque uni
Alojsio propria, demonstrat
Elegia.

Dicite Mercurium, Juvenes, cantate Minervam;
Indivisus honos Numen utrumque colat.
Una, eadémque duos junctim tenet Ara; sed una
Affore non geminos nunc facit Ara Deos.
Fœdere perpetuo, titulo nectuntur eodem
Et Deus, et Dea; sic Unus uterque manet.
Unus uterque manet: nec fas discernere visu,
Munere, seu facie, Quæ Dea, quive Deus?
Hunccine casta Deum decorant insignia Moly:
Almus eam decorat Virginitatis honos.
Aula vigens studijs doctæ sunt Palladis arces:
Hanc colit, et clypei grata sub orbe tegit:
Et Schola Mercurio pariter sub Præside gaudet.
Tuta Patrocinio nulla pericla timet.
Artes Mercurio sunt et sua cura Minervæ,
Et Juvenis artes, hæc docet, ille docet.
Terra quæ Majugenæ Virgâ, seu pace beatur:
Sæpius hancce suis ornat oliva comis.
Pallada pacifeream veteres testantur Athenæ,
Arbor et omnigeno cuspide nata loco.
Assidet huic Gallus, Gallus sacer assidet illi;
Pervigil assiduè Nuncia Solis Aves.
Implicat et duplici Natus Jove Dypsade virgam:
Et Draco Palladios excubat ante pedes.
Insomnes curas, animos notet ille sagaces:
Munia conveniunt utraque utrique Deo.
Fallor: utrique Deo non convenit istud: at uni,
Munia conveniunt omnia cuique Duum.
Quæ faciunt divisa duos, redeguntur in unum,
Mercurij specie quæ Deus unus habet.
Quæ divisa duos, et quæ divisa Beatos
Efficiunt, Lodoix, uni modò cuncta tenes.

Virgi-

Virgineo candore regis, atque excolis Artes
Gymnasij Columen, Praesidiumque mei.
Pacis amator eras, es et illius Arbiter aequus,
Et vigil in studio, corpore, mente vigil.
Sic tibi, sic meritos, Lodoix, rendemus honores,
Numine dicentes Numina vera tuo.

Sub Mercurij nomine Lodoicum laudat,
et quod illi maximè est proprium,
huic accommodat
Elegia.

Cedite Pierides: mihi jam non carminis Auctor
Phoebus erit, Phoebus gloria magna Chori.
Majus Numen adest: illi non certet Apollo,
Vel si certet, erit victus, ut ante fuit.
Mercurius Deus, ille Deus, quem saepe Palaestram
Exercere juvat, namque Palaestra sua est.
Mercurius Deus, ille Deus, qui praesidet Aulis,
Et decus, et nomen maxima Gymnasij;
Qui modò [illegible] superûm, modò qui gerit ille virorum;
Indice qui [illegible] detegit usque [illegible];
Qui medicata virgâ vel non sanabile vulnus;
Pancis et omnifere quique sequi [illegible] adest:
Quem Dea nectareo nutrivit [illegible], Dearum
Maxima, lacte suo: et sacra facta Via est.
Herculeo geminos nodo qui complicat angues;
Quique bonâ pergit per loca semper [illegible].
Quem: sed quid conor laudes, decora alta referre?
Deficerent prorsus, me numerante, dies.
Hic mihi dexter adest: nimirum Numine Dextro. Mercurio Dextro, [illegible] sum est.
Ut decet Hermetem, jam mihi Dexter adest.
Sufficit in numeros, numeros sua gaudia, vires,
Sufficit, Is vires, materiemque dedit.
Cedite Pierides: Mercurij nomine [illegible]
Mercurij Numen carmina nostra sonent.

Scilicet is Lodoix exit, huncce Palestra quotannis
Carminibus celebrat; namque Palestra sua est.
Mercurius Lodoix, Sociûm qui præsidet Aulis,
Maxime, rescriptis, ô Benedicte, tuis.
Mercurius Lodoix, qui res hominumque, Deique
Efficit, ille vixis, dansque precansque Deum.
Mercurius Lodoix, vitâ qui hâc itur ad astra
Innuit, et nobis indice pandit iter:
Cujus in Altari pendent monumenta salutis
Mille: cuique suis Ara reperta malis.
Qui bene compositâ stabilit leta otia pace:
Clara ducum Genitrix Mantua testis erit.
Matre Deâ monstrante viam, fit Matris alumnus,
Tendat ut ad socios, Lactea facta via est.
Stemmata, Divitias, duplices quasi complicet angues,
Complicat, ut multâ Relligione premat.
Est hic Aloysius, non est Cyllenius alter:
Cedite Pierides: Credite Pierides.

Se pintarà el Cielo, y en el el Dios Jupiter, sentado en su tro-
no, y con un rayo en la mano, y al lado un cetro, que Mercurio
mui niño se lo estarà quitando: la letra
Jam sceptra capessit.
Titulus:
Mercurius recensnatus, sceptrum Patri Jovi furatus
fuit: Aloysius, antequam totus materno claus-
tro egrederetur, Baptismate abluitur, sic veri
Jovis Filius sua sceptra, et regnum Cœlorum
violentus rapit.
Vitales Majâ penitus vix hauserat auras,
Sceptra Jovi Divûm surripit ille Patri.
Corpore non uterum toto Gonzaga reliquit,
Et mala lustralis lympha piacla lavat.
Inde Deo natus sibi jam sua sceptra capessit,
Arripit et celeri regna paterna manu.

Se pintarà al Dios Mercurio mui niño, batallando con el Dios Cupido, el qual hà de estar postrado en tierra, y tiradas las flechas, los dardos, y las hachas encendidas. La letra:

Certat, et sternitur.

Titulus

Mercurius Puer cum Puero Cupidine
congreditur, et illum vincit: Aloy-
sius Puer virginitatem vovens,
puritatem à Maria dono accepit,
quâ fortiter Cupidinem
profligavit.

Mercurium referunt, etiam puerilibus annis,
Idalio pugnas conseruisse Deo.
Certat uterque Puer: concurritur: inde Cupido
Sternitur, et ponit spicula, tela, faces.
Tu sine labe vovens vitam, Lodoice, recentes
Accipis æternæ dona pudicitiæ.

Se pintarà Mercurio, como niño, tapandose la boca con la una mano, y en la otra el Caduceo: la letra serà assi: Proverb.

Mercurius Infans.

Titulus

Infans Mercurius, proverbium de eo,
qui, cum sit eloquens, se talem non es-
se, dissimulat: Aloysius, cum lauda-
retur pro concione habita, se publi-
cè blæsum esse cognitum, seu
literam R. minus expe-
ditè proferentem tantum
congaudebat.

Infans Mercurius, fert ut sententia Graium,
Ore disertus erit qui neget arte loqui.
Et sacra verba facit Lodoix Magnatibus: illi
Plausum pro meritis ingeminare viri.
Dum manet immotus famâ: magè me juvat, inquit,
Nè dubitent Blæsos expediisse sonos.

Se pin-

Se pintarà Mercurio calzandose los talares, que son unas alas en los pies: y la letra serà:

Sublimè ferent.

Titulus

Mercurius, ut suo fungatur munere, pedi talaria accommodat alata: Aloysius gratè tenerâ, ut corpusculum maceret, illi calcaria admovet egrorum.

Aurea Mercurius pedibus talaria nectit:
Hec sublimè ferent ad loca jussa Deum.
Et Gonzaga suex calcar sibi subdit acutum,
Ut tenerum stimulis corpus ad astra volet.
Id Puerum sublimè tulit, tulit Aethera supra,
Ergo jam immensum Gloria calcar habet.

Se pintarà Mercurio saliendole de la boca unas cadenas doradas, de las quales asidos lo iràn siguiendo dos Jovenes. La letra:

Trahunt corda ligata.

Titulus

Mercurius, catenis ab ore emissis, homines illigabat: Aloysius suas Neptes Olympiam, et Cynthiam Vite exemplo trahebat; quare Urbe Mantuâ duabus eas catenulis trahens, et Deiparæ offerens depingitur.

Aurea Maiugenam prodigijs dare vincula verbis,
Dicitur, Eloquij dum trahit arte viros.
Cernitur in magna, quam Mincius alluit, Urbe
Clara dimantea picta tabella manu:
Te Sodoir, Neptesque suas, veneteque catenas,
Queis tua facta trahunt corda ligata Deo

Se hà de pintar el Dios Mercurio con alas en el sombrero, y en los pies, con un Cordero sobre los hombros, y el Caduceo, ò vara con las dos sierpes enroscadas, alos pies. la letra serà:

Quo ve-

Quod levat, suscipit.

~~Titulus~~

Mercurius Aegyptiis, sive Tanagreos a peste liberat, et idcirco arietem ferens humeris depingitur: Gonzaga aegrotantibus deserviendo contagionem hausit.

Illa Partomam que Gens colit usta Canorum,
Pressa male fuerat grandia damna luis.
Praestat opem miseris Divus Jove Natus amicam,
Atque humeris Agnum, signa salutis, habet.
Lethiferi Ludoicus medicat contagia morbi:
Quod levat auxilio, suscipit ille malum.

Se pinta: in algunos Dioses sentados como en tribunal, y Mercurio ante ellos como Reo con todas sus insignias a los pies: la letra:

Sine labe Reus.

~~Titulus~~

Mercurius ob necem Argo illatam, licet ipsi inculpabilem, ad Deorum tribunal sistitur: Aloysius, quasi silentium fregisset, bis innocens reprehenditur, et poenas dat.

Jupiter Imperium Nato dat, ut opprimat Argum,
Dum sua jussa facit, fit sine labe Reus.
Scilicet hunc superi, capientes ordine sedes,
Ad poenam Immeritum, Judiciumque vocant.
Innocuus Ludoicus temerare silentia lingua
Arguitur: poena crimina nulla luit.

Se avrà de pintar Mercurio con alas en pies, y cabeza, volando: y esta letra:

Volat omnibus alte.

Titulus

Mercurius galero, et pedibus erat alatis. Gonzaga tum mente suspiciebat Deum, tum humilitate demissus se ipsum despiciebat.

[illegible]

Mercurius capiti, pedibus simul addit alas,
Ut celeres moveat, praecipitetque gradum.
Aëra dum tranat pernix, volat omnibus altè.
Sive petit terras, Sydera sive petit.
Mente petat Gonzaga Deum: stat vertice penna:
Spernat abjectum, tunc volat ille pede.

Se pintarà Mercurio tocando con el Caduceo, ò vara (en que estàn enroscadas dos culebras) dos, ò tres cuerpos de hombres muertos, los quales al contacto de la vara paresca, que se van à levantar: con esta letra:

Umbras evocat Orco.

titulus

Mercurius à morte viros liberat, orcoque:
Aloysius à recto devios ad bonam frugem
Convertit, et morbo laborantes, ac nece
colluctantes: sanitate donat.

Virgula Majugenae tristeis Orco evocat Umbras,
Creditur, has luci restituisse suae:
Seu quos dira tenet tetris vicinia mortis,
Seu quos atra vorat labilis unda Stygis.
Hos revocare gradum, illos respirare jacentes,
En Gonzaga manu vividiore facit.

Se pintarà un Cielo, del qual se desprenderà volando el Dios Mercurio: la letra serà:

Nuntius Olympo.

titulus

Mercurius, Deorum Nuncius, Caelo frequenter
delabebatur: Aloysius, jam Caelestia Regna te-
nens, sese Matri ostendit, Divae Mariae Magdale-
nae de Pazzis, quin et alijs multis.

Penniger Arce volat pede Natâ Natus Athlantis,
Et Jovis exequitur sic data jussa patrat.
Nuntius excelso Lodoicus venit Olympo:
Ora quae dat miris conspicienda modis.
Adventum testantur cum sacra somnia Matris,
Seu simulachra sui, Pazzia, visa tibi.

Se pin-

Se pintarà el Dios Mercurio con alas en el sombrero, y los pies: con el caduceo en una mano, que tendrà dos culebras enroscadas: en la otra una flor, con la qual tocarà uno de tres animales, que se han de pintar, que queden en Javali, Lobo, y Leon: pero el animal, que estuviere tocando con la flor, ha de tener la cabeza de hombre, y lo mas del cuerpo: la letra, serà:

Praemia casta.

Titulus.

Ulisses dono à Mercurio accepit herbam Moly,
quâ suos Comites in Animantium formis
à Circe conversos ad humanam revocavit:
Aloysius multos libidine furentes
castitate donavit.

Circeas adiit ecce Domos Ithacensis Ulises:
Castaque Mercurius praemia Moly dedit.
Corpora post Comitum, varias imitantia formas,
Hac tetigit: Comites hac sua forma capit.
Qui proprias caeca perdunt caligine mentes,
Munere Gonzagae jam reperere suas.

Se pintarà el Dios Mercurio con una Cythara de quatro cuerdas, como que va à detener el Sol, que estarà pintado tambien. La letra:

Solstitium.

Titulus

Macrobius ait, quod tetrachordum Mercurio creditur attributum; quod duobus Aequinoctijs, duobusque Solstitijs Zodiaci ratio distributa est: Dies XXI Gonzagae sacra Solstitium est, et Maxima Dies anni.

Aligeri assiduasque vices, queis clauditur annus,
Et regit aestivo tempore Solstitium
Hac, Lodoice, die tibi Sol cum stare videtur,
Mercurii lyram referens, Solstitio que reges.
Dicetur nobis, et erit quae Maxima semper
Solstitio haecce dies, ô Lodoice, tuo.

Dies Ma-

Dies Mercurij, et Jovis videntur conjungi, si modò dies Aloysij dies Jovis est: cum hęc dies Eucharistię sit sacra, ea debuit hâc ex parte Aloysio sacra esse.

Res nova! Junguntur mirè sacra jura Dierum!
Mercurij hęcce dies, hęcce vocanda Jovis.
Utraque lux una est; una est Natoque, Patrique:
Luce, Lodoice, Deo, convenit illa tibi.
Est Jovis Alma dies sacrę devota Synaxi:
Debueras istâ, sic, Lodoice, coli.

Es novedad de armonia,
Y de extraordinario augurio,
Que oy, que es dia de Mercurio,
De Jupiter sea dia:
Sin duda assi convenia,
Pues si es de Union instrumento
El Celestial alimento,
Que hambres terrenas apaga,
Es el dia de Gonzaga
El dia del Sacramento

La Cueva de Mercurio llena de felicidades
Sobre los Versos de Orfeo:

Mercurij ingrediar speluncam, pluxima ubi ille
Deposuit bona, stat quorum ingrandis acervus,
Ambabus valet hic manibus tibi sumere, et illa
Ferre domum, valet hic vitare incommoda cuncta.

Soneto.

La Antiguedad fingia misteriosa,
Misteriosa en lo mismo, que fingia,
La Cueva de Mercurio, en que tenia
Riqueza, facil si, no cautelosa.
La buena dicha allì con faz hermosa
Dar iluminacion de eterno dia,
De quien nocturna la desgracia huia,
Y la necessidad siempre llorosa.
Cue Cueva no, Erario si, preciosos dones,
Si como de Patrono, de el te vales,
En Mercurio mejor, en Luis tienes.
No frustres sus benignas protecciones,
Con el puedes huir todos los males,
Con el puedes tener todos los bienes.

Sobre el distícho de Antigono á Mercurio
Mercurius facilis Pastores; munere lactis
Et gratur, mox et dulcia mella capit.
Se forma Elogio de San Luis
En este Soneto.

Al Dios Mercurio alegres los Pastores
En pobre barro, de sustancia essento
Tributan el purissimo alimento,
Dulce Nectar de liquidos albores.
Despues labrado el Oro, á quien las flores
Dan materia, la Aveja el Instrumento;
A su humilde Preciar el Dios atento
Obsequios retribuye con favores.
Victimas tales á Luis se deben,
Inestimable precio de riqueza
En recta voluntad, è intencion pura:
Aquella Imitacion las vuestras lleven,
Que, si ofreceis la candida pureza,
A Gonzaga le dais mejor dulzura.

Mercurius Junio preest, ut ait Rhodiginus:
Junius dicitur á Juvenibus, quorum
Cura est Aloysio, et cui Junio
Dies agitur solemnis.

Preficitur Juvenum Proles Cyllenia Mensi,
Junius inde sua sub ditione manet.
Mense celebratur Juvenum Lodoicus eodem,
Est Juvenum Preses: non erit ille Deus?

De Junio al dichoso mes
Mercurio por suyo tiene,
Esto á Gonzaga conviene
Si mes suyo Junio es:
O tu, Joven, tu que ves,
Luz de tan clara alegria,
Que preside en Compañia
Al mes, al dia, y á ti,
Logra el dia, por qui assi
No se te haga noche el dia.

Mercurius quadrato corpo, seu tessera locatur;
quâ figurâ mentis stabilitas ostenditur:
Aloysius distractione nullâ, dum orat,
aliò avertitur.

Mercurius cubicâ cum basi fingitur: illa
Immobilem mentem namque figura notat.
Orat Aloysius: minimè tum mente vagatur:
Hoc erat Aligeri mente referre cubum.

En perfecta quadratura
Mercurio pone su assiento,
Y con este fundamento
La tal figura es figura:
Ella es sombra nada obscura
De la alta contemplacion,
Con que ora sin distraccion
Luis en ferviente instancia,
Dandole ser de constancia
Aun â la imaginacion.

Mercurio fue inventor de la Lyra, y la donò
al Dios Apolo:
Sobre aquel verso de Homero:
Mercurius prior ipse chelym facit arte canoram.

Soneto.

~~Mer~~ Mercurio Autor canoro de la Lyra,
Armonia encontrada en un acaso,
Dio en ella al Presidente del Parnaso
Todo el furor Poetico, que inspira,
Qua ~~Quanto~~ Cisne, vocal aura respira
En Hippocrene, fuente del Pegaso.
Don de Mercurio es, y don no escaso,
Quanta Aquila caudal su cumbre gyra.
Qual ~~Quanal~~ Mercurio, Luis Lyra os ofrecè
En sus virtudes para su alabanza,
Si Juvenil Apolo puede tanto.
Ella ~~Esta~~ no adequarâ, lo que el merece,
Elogiadlo con ser su semejanza,
Y con el instrumento mirà el canto.

Mercurius apud Carthariam, et alios fre-
quentius sex pingitur alis: in laudem
Aloysij super illud Isaiæ de Seraphinis:
Sex alæ uni, et sex alæ alteri.

Mercurij Petalum duplex en penna Coronat:
En itidem quadruplex ornat utrumque pedem.
Inde que Gonzagam Maja cum Natus adumbret,
Sex volucrem pennis credimus esse Seraph.

Pintado à Mercurio veis
Con seis alas, y à la cuenta
El tal numero acrecienta
En Luis Gonzaga otras seis:
Si desentrañar quereis
Tan reconcentrado fin,
Sabed, que a este Cherubin,
Luz Cientifica del ciego,
Con las seis alas el fuego
Lo hà volado Serafin.

Mercurius λόγιος, et ἀγώνιος — Logios Agonios

Ea cognomina Mercurio Græci tribue-
bant ex Turnebo, et ex Athenæo Cer-
taminum Præses dicebatur.

Est Deus Eloquio, Deus et præfectus Agoni:
Nam modò Certamen, nam modò Verba regit.
Utraque Aloysius nobis contraxit in unum,
Cum modò Certamen, cum modò Verba regit.

Mercurio en propriedad mucha
Possee renombres dos,
Siendo de Eloquencia Dios,
Y siendo Dios de la lucha:
Mayor propriedad escucha,
El que con debido examen
Oye, que à Luijs aclamen
Patrono sin diferencia
En Certamen de Eloquencia
La Eloquencia, y el Certamen.

Inter

Inter Mercurij insignia Cancer est, ut constat ex
Joanne Sambucco: Aloysius jam supera alta
tenens propria manu Angele de Carlis
immedicabili cancro laboranti
sanitatem restituit.

Cancer Atlantiadi signum est: signum est tibi cancer,
Cum valeas, Lodoix, hoc medicare malum.
Angela rodenti morbo jacet. Ipse Beatus
Depellis: Cancri sic duo signa manent.

El Dios Mercurio en el suelo
Tuvo al Cancer por su signo,
Y en Luis como mas digno
Fue el Cancer signo del Cielo:
Desde allà con feliz vuelo
Vino para dar salud,
Y aunque el mal con lentitud
Su vicio estienda inhumano,
Luis con su propria mano
Estiende mas su virtud.

Mercurius Strophaeus, id est, carcere locatus,
ac cultus, ex Rhodiginio. Aloysius Fluvidi-
ano carcere jam ferè desperatô, præsens
subvenit, et gaudium induxit.

Carcere Majugenam venerabilis Ara tenebat:
Ille catenatis ut foret inde favor.
Vincula te Mutinae aspera, Frigidiane, fatigant.
Apparet Lodoix: aspera vincla placent.

Mercurio estaba Strophèo
En la Carcel colocado;
De Luis bienaventurado
Aun la Carcel Es- trofeo.
El desesperado Reo
Que en Modena consolò,
En nueva region se hallò,
Y la pena que padece,
Luego que el se le aparece,
Ella desaparecio.

Desp...

Despues de arendado Mercurio la Lyra al Dios Apolo, este le dio â Mercurio el Caduceo, y Homero introduce â Apolo hablando assi â Mercurio:

Hancque tibi virgam, quâ felix, atque beatus,
Efficiere, dabo, placeant si munera nostra.

En Elogio de San Luis
Soneto.

El Esplendido Hijo de Latona
Para destierro del Ingrato olvido,
(Que es caracter de un Dios lo agradecido)
Al Dios Mercurio el Caduceo dona.
Con esta grata recompensa abona
Ciendoblado el obsequio recebido,
De averle aquel la Lyra concedido,
Y en ella del Parnaso la Corona.
Mystica vara es el Caduceo,
Que constituye el mas feliz estado,
Y Luis de Maria lo recibe:
Y, Vida pura èl le vota por trofeo,
La Virgen lo haze bienaventurado
En la pureza, conque eterno vive.

Aloysio Laus
Ex nomine eius Matris.
Programma:
Mater Martha Tana, Thena.
Anagramma
purum:
Martâ Nata Hermatthena.

Mercurii Nomenque simul variatur Athenę,
Nomine Gonzagę quô ita Mater ovat.
Non frustra augurium vani docuere Parentes virg
Elogium Sobolis Nomina Matris habent

De Luis Martha tan a hena
La Gran Madre se llamò,
Y de este Nombre naciò
Claro el Nombre de Hermatthena:
Augurio felize suena,
El que tal nombre predixo:
Pues en el orden mas fixo,
Quando Elogio, y Nombre quadre,
Es Nombre para una Madre,
El que es Elogio de un Hijo.

Mercurius à Græcis, teste Rhodiginio, Albus
appellabatur: id nominis Aloysius
ob virg̨ candorem potiori titulo
meretur.

Leucon, id est, Album veteres dixere Pelasgi
Mercurium: nomen nec ratione caret.
Candor Aloysij nomen virtutibus æquat,
Quæque gerit manibus lilia casta probant.

Blanco Mercurio se nombra
En elogio decantado,
Con Gonzaga comparado
No es ya Blanco, ni su sombra:
Candido Luzero escombra
Luis toda opacidad;
Y sacando la verdad
Su virtud por el olor,
Es la lis de su candor
Blanco de la Castidad.

Fluminis ad ripam Latonâ Matre Dianę
Pugnat Athlantiades, sed Dea victa fuit.
Mens memor Hermetem, Latonam oblivia signant:
Et memori Lodoix siccine mente domat.

FINIS.

Provocaciones p.a Certamenes

Al S.or D.n Raf.l de Cordova

Vulcanalia

Raphael de Cor-
...Pte. en su Co-
 Ciudad 16

Sevilla

Vulcanalia, id est,
Solemnia, quæ Vulcano Deo ignifero, seu
potiùs igni quondam habebantur
honori;
Modò Ignatio Divo, Parenti Optimo, sub eo
integumento,
toto mensis calore
consecranda.

1. Olim apud Antiquos invaluit mos, ut circa, atque ipso mense Augusto Vulcanalia celebrarent, eò sic à Vulcani dicta nomine, cujus in laudes exercebant, atque in honore habebant (Reverende admodum Pater Musæi istius caput meritissimum, multisque authoramentis ornatissimum; Reverendi Patres cum Virtutis, tum Sapientiæ luminibus præclari; Optimi fratres Juvenes, jamjam Doctrinarum frontis severioris candidati) Itemque fas erit, multisque rationibus convenientissimum, ut quidquid Dominationi, ac propositioni res tulerit, quasi detracta fabulæ larvâ, id totum in debitum, ac more annuo solitum Cantabrici illius, et herois, et Ignis, Maximi Parentis Ignatij laudem, pro stipendiario vectigali, ac ultrotributo lubentissimè, Juvenes, convertamus, atque rependamus. Ergò si altera ex Vulcanalibus; quæ à Romanis antè mense Augusto agebant solemnitatibus, sedulâ pervestigatione pervolvamus, in ipsis tubas, quas Vulcanus Author conformaverat, religiosâ aquæ lustratione mundatas inveniemus, ac perpurgatas. Rationem hâc in re vadem offero; quod quæ ipse de Vulcanalibus, vos de proximè appetentibus magni Ignatij solemnijs; de vero in illius laudes certamine intelligite, ac dictum habeatis.

Proxima Vulcani lux est: Tubilustria dicunt, — Fastor. l. 5.
Lustrantur puræ, quas dedit ille tubæ.

2. Ergò cum festinantibus nimium votis exoptata dies appropreret, Tubilustria quoque non mediocribus vos, Juvenes, tangunt, cum et lustrare tubas Parnassidos undâ debeatis, ut pleno ore, et toto pectore, et quantis valeatis lateribus, Heroa Loyolidem, Vulcanum Cantabricum occinere possitis, atque decantare. Lustrare, inquam, tubas, cum res ista, quæ nobis exagitanda est, et talis, et tanta sit, ut potius sibi amet, ac expostulet tubam grandisonam, quàm aut melicam testudinem, aut cytharam imbellem: Tubas lustrare, iterum dixerim, cum vos vos in Loyoleis Hispalensium fornacibus à magno nostræ Religionis Artifice in Tubas sitis aptati, atque conformati, quæ majorem Dei gloriam toto orbe propagent feliciter, ac insonent indesinenter: quas, quia ipse dedit, et fecit, certè vult, quod nunc in suâ Ætneâ officinâ puræ lustrent Parnassij laticibus, suas ipsius laudes valenter extollant, ac modulos ingeminent ore canoro. Nempe

Proxima Vulcani lux est: Tubilustria dicunt, &c.

Cum

3. Quae cum ita sint; et multis incommodum habeat, Musas, ut ipsi ajunt, Cingaras esse, id est, peregrinas, ac incertae sedis, si alio certo tempore, statim isthoc bipertitum Parnassi rupe Aetneis antris quam citissime debent commutare. Quare igitur in Aetnae montis propere mecum pergite, ibique solidis octo diebus tentoria musis figamus, ac domicilia collocemus; multaque perscrutemur indagine flammivomum illum rictum, qua mons se aperit, ubi Vulcanus cum socijs fabriferrarium exercet:

Virg. Aen. l. 8°

Insula Sicanium iuxta latus Aeoliamque
Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis:
Quam subter specus, et Cyclopum exesa caminis
Antra Aetnea sonant: validique incudibus ictus
Auditi referunt gemitus, striduntque cavernis
Stricturae chalybum, et fornacibus ignis anhelat:
Vulcani domus, et Vulcania nomine tellus.

Hanc hanc Vulcani domum seduli introspiciamus, securi tamen, quod, ut olim Plinij curiositas mulctata est, dum multum, nec sibi consulens, Aetnei antra naturae inquirit, atra sulphuris caligine devolvamur, fundumque in imum detrudamur praecipites. Ibi enim quam maxima iucunditate alternos, et ad numerum libratos, sonosque Cyclopum ictus perlubenter audiemus. Siquidem amant alterna Carmina; eoque magis, quod ab ista ictuum, malleorumque in fabriferrarijs mutua, alternaque libratione Musice, Poetices germana soror, suam duxit originem.

Virg.

Ergo domum Vulcani habitant, si musica fabrij
Arma sonent, musis proximus ille canet.

4. Nec modo plus moram trahamus, ut quem sub rationibus magni Ignatij adumbrationem Vulcanus exponat, ac gerat, statim avidis hauriatis auribus, et animis. Scilicet, et ille Deus, et noster Divus eo similitudinis vinculo nectuntur, ut fortasse, ne quidem fortasse in tot fictitijs Ethnicorum fabellis nil ad rem inveniat expressius, nil commodius, nil forte nitidius. Etenim si vel ab ipso utriusque nomine auspicemur exordium, quem, qui vel in re mythologica, poeticaque sit mediocriter versatus, latebit, Vulcanum nihil aliud significare, quam ignem; eaque de causa, immutatione perlevi, nostro vernaculo idiomate, à nomine Vulcani Volcan dicimus. Quis quidem iure optimo, ac potiori titulo nomen Ignatius praeseferat, cum vel Ignis, vel Ignis iactio, seu potius Ignis actio, ut commune sibi vult Ethymon, et exponat, et sonet.

5. Dein ex ipso Ignatij nomine, vel anagrammate involuto, anagrammate trito quidem, et numquam satis laudato, maior Loyolae cum Vulcano convenientia deducitur, atque sequitur: Nempe Anagrammate sic proposito: S. Ignatius de Loyola; hoc anagramma O Ignis à Deo il-

...atur mirum in modum officit. Quô quid commodius poterit excogitari, cum et Ignatius suo ...tiam nomine sit Ignis illatus à Deo, et Vulcanus sit ignis à Jove è Caelo in terras imissus.

At v. aliqua, quibus in ambo conveniunt, expendamus, stylo elegiaco seu potiùs epigrammatico.

Et Vulcanus habet, nomen, et Ignatius Ignis:
Missus et ille Deo, missus et iste Deo.
Hic ...it, ille cadit, crura hic, et saucius ille:
Claudicat ille pede*; claudicat iste pede.
Et celebris Lemnos, celebris Cantabria ferro,
Educat illa Deum; sed parit ista alterum.
Mulciber ille sonat, ferrum cum mulceat; Igne
Mulcet et Ignatius ferrea corda virum.
Illius ardet opus vastis fornacibus Aetnae;
Ignatij ardeis, ô Minoresa, tuis.
Scilicet hic methodo meditandi repperit artem:
Aetneos tales et probat esse focos.
Fabricat ille Jovi fulmen, sua tela trisulca:
In scelus arma mali fabricat iste Deo.

Instrumenta parat superariae ille Gigantum:
Instituta parans vincit hic Haereticos.
Affectasse ferunt regni caelestis Gigantes:
Haereticusque petit sydera, petre, tua.
Mulciber in Cererem ... ...pertam:
Ignibus in Cererem maxima bella movet.
Annua Manresae solidum ieiunia servat:
Frustula mendicans vescit ipse fame.
Vulcanus totum medicus dispersit in orbem;
Ignatius mundum qui medicent, agit.
Mulcibero Romae caput exardere videt?
Et caput Ignatij fulgere Roma videt.
Claudicat et pedibus, Romae capite ardet utrumque,
A capite ad calcem qui neget esse parem?

Ov. meth. l. I.

*Porrigimur per sentiquiha- viam

6. Et plura, et fortassis aptiora me fateantur, quae et totam dilucidiùs exhibeant, et hanc magni Laurentij Ignatij et Vulcani admirationem certè collocent in propatulo. Atenim, ut arbitror, ea omnia nova postmodum ... Musarum decertatio ... superest ... habit. Ergo Juvenes ...rosi, et q. majus est Ignatiades, in id rei, ... vestri erga magnum ... reverentia, nulli parcentes labori totis viribus incumbatis. Hoc enim à vobis ipsa res exposcit, et ni vehementer fallor, etiam exiget. Id v. altè animis infixistis q. non impunè Deum, qui fabri- ferrarij ... et ... pro Ignatio dilucidando, proposuimus; sed eâ mente, ut quae his diebus effundatis carmina, iterum, atque iterum ad incudem revocentur, et politiori limâ terminentur. Nullus enim vestrum is est, qui vel calamo ultrò, volens ... frigeat, ... suâ sponte venâ obrigeat, cum quibus igneus sit, et Ignatianus. Ego enim censeo percommodum nunc habere locum, et minimè vulgarem, Nasonianum illud de Spiritu Poetico, q. ab ... ... et ad ... et ... ... quendo ergo multi saepè saepiùs repetit:

Est Deus in nobis agitante calescimus illo.

Juvenes perquam optimo, cum et Vulcanus Deus sit, et Ignis sit, Ignatiusque sit et Vulcanus, et ignis, et in nobis sit, calor..., q. nos in carmina agitet, pleno, ...que ore, et millies usque dicemus:

Est Deus in nobis agitante calescimus illo.

Et

Et citet igniculos menti vis flammea Divi,
Pectore Vulcanum spirant precordia toto,
Ignatijq sonet crebris incudibus Aetna
Nomina chara Patris; geminent atq ictibus ictus
Arte retundentes multa data pensa Cyclopes,
Illudent omnis Steropes cum Bronte Pyracmon,
Ut ferrugineo signetur ~~[illegible]~~ charta liquore,
Et Lemni plausus aeterni parjete pendant
Porticibusq Dei: Siculis vigilata caminis
Carmina sudentur, seu desudata Camoenis
Lojola magne tuis, ut enim Vulcanius ignis
Perpes erat; perpes tuus alta in secula vivet.

Provocavi.

Leges pro Certamine.

Cum de Vulcano nostro Lojola Societatis leges manu habente, iure merito iure merito possit predicari propheticum illud: *et in manu ejus ignea lex*; quid ni, ut in ipsius legumlatoris preconia, et leges igneas modo feramus.

1.ª

Que nova, et ad rem fuerint huic sacro Igni dedicanto.

2.ª

Que vetusta, et extra rem alias in ignem conjiciunto.

3.ª

Carmina Epica, Elegias, et Odas duas in partes dividunto: in 1.ª actionem aliquam fabule explicanto: in 2.ª ipsammet fabularem actionem magno nostro Parenti accommodanto.

4.ª

In Epigrammatis, ac Hieroglifficis permixtim, ac insimul de Vulcano, et de Ignatio Patre loquuntor.

5.ª

Quecumque opera sint proprio nomine subscribunto.

A 15 R.º d...
de la g.de Ds m...
...tegio de Yelandese...

Parnassus allegoricus

Apolline cultus Sororibusque Novem,
Pro animo debitoque Sestianorum Iuvenum
Penso
iisdem Divo, et Viris dicam:
id est
Ignatio Patri, vero Apollini
Novemque primis illius Socijs,
Qui vere iisdem Musae
E numero, et munere
Fas est, ut habeantur.

Opus Extempo-raneum.

Quae mihi nova rerum facies? Parnassum contueor. Apollinem ad montis radices, et ad vitreum fontem audio cantitare. Certè quod mei erat muneris ut Iuventutem ad contendendum Culmen tripertiti Parnassi provocarem supervacaneum est quod facerem; Cum Parnassus ipse, et cum ipso, qui Parnassum regit Apollo, et Pierides, quae ab eodem reguntur, quasi quidam Orpheus occineret, Mihi videtur commoveri, et in hoc Carmonense Lyceum, seu potius Parnassum alterum quales quales dirigere gressus, et hic tandem eosdem sistere. At hac visili specie credos Nos, Iuvenes, Parnassum Parnasso imponere debere, ut Caelum conscendamus, non quidem ut Gigantum fraterculi, quod prisus ille canebat Satyrographus, sed ut Lojoliadis Magni Generosa Soboles, quibus ipse dabi-

in Carmina Vires, ut alio quoque modo si-
quid nostra Carmina possunt, cum Laudibus
ejusque Socios prima illa nostræ Religionis
Columina, ad Sydera usque, quin et super
Æthera extollamus. Etenim si personata facies
Parnasi, Apollinis, et Musarum revelletur, quid
amabo, Auditores, aliud inveniemus? quam in Apolli-
ne Ignatium, in Novem Musis Novem primos Comi-
tes, in Parnasso Societatem Jesu, aut certe
saltem hujus Sodalitij prima Lutetiæ Parisiorum
Cunabula, et quasi prima semina, vel ut
Philosophi vocant, seminales quasdam Virtutes, ex qui-
bus, tamquam ex minimo Lapillo absque Homi-
num manibus abscisso Mons inquam excresce-
ret, Parnassus merito dixerim; qui totam Or-
bis Terrarum superficiem, ac remotos Sinus, et
Sinas implere, et occuparet metallicam illam
Statuam ex Idololatria conflatam, ex Heresi, ex
pravis Christianorum Moribus, ex lutosis Maho-
medorum spurcitijs, a pede, et fundamentis
radicitus evertens, ac funditus. Totam ergo alle-
goricam accommodationem contexere incipia-
mus, idque a Loco, id est, Parnasso Monte, qui
mystica Arborum propagine duplici ex Causa
Societatem nostram adumbrat. Etenim, ut de
Monte hoc Statius canebat ille Papinius, Par-
nassus Coeli Medius; quod Epitheton, seu potius Elo-
gium nihil est aliud, aut magis conveniat

Quam Ignatiadum Societati, quæ Coeli absdubio Media est, ut homines, qui erant è terrâ terreni in Coelum Coelestes, mediâ ipsâ, evolarent. Deinde easse Religio Parnassus Cœli medius videtur, quasi Sequester positus Deum inter, et homines, ut isti abstineant a vitijs, ille â fulminibus, quæ Mortales meruere, et quibus intercessione Societas manus dras exarmat. Natalem, precor, audiatis ex Theocrito ita de Musis disserentem: Hæ Deæ magnum sunt in Adversitatibus solatium, et non leves illecebræ ad res honorificas, cum ab illegitimis voluptatibus, et ab omni libidine Nos revocent. At Poeta Siculo-græcus latinè versus sic loquitur

Nulla magis flammas medicina repellit Amoris
Quam vis
Pieridum, levis hæc, et dulcis quippe Medella
Munere concessa est Superûm Mortalibus Ægris.

Quæ enim Ægrimonia in hominibus invaluit Mentem corripiens, eamdemque vulnerans, cui Pierides istæ, Ignatij Comites ex hujus Apollinis Pharmacoppæa (qui Deus quoque Medicinæ est) vel ex Castalio Fonte optima, præsentaneaque non adhiberent Medicamenta? Atvero eæ novem

Sorores, queis Delius inspirat Vates, non tantum abipso res edocere poeticas acceperunt, sed eodem Spiritu inflammatæ, et arreptæ, ut ex Callimacho idem Venetus refert Author. Omnia Scriptorum, Disciplinarumqß genera invenerunt. Quod quidem effectum Stemmaticus certè est Caracteristicus Sociorum Ignatiadum, qui Enciclopediam, seu, ut vocant, Orbem Scientiarum totum, quotus est, Mundialem hunc Orbem edocuerunt. Sed unde Musis, aut Socijs hæc vis, ea Virtus? Ab Apolline, inquam, ab Ignatio. Perbellè, et ad rem Ausonius:

Mentis Apollineæ vis has movet undique Musas,
In medio residens complectitur Omnia Phœbus.

Quemenim admodum in Mathesi punctum illud, quod vocant Centricum, illud est à quo et ex quo Lineæ deducuntur, et cui, et ad quod iterum reducuntur: sic Apollo suas movet undique Musas, easque Complectitur; sic et Ignatius suos undique Novem movebat Comites, atque eos omnes in se Complectebatur. Romæ erat, et hos, sive has Musas undique movebat. Sacra hæc Mentis Apollineæ vis movebat Xaverium ad Indos, et dum erat in India: Salmeronem, Lainium Neapoli, Tridenti, et in Gallia: in Lisiaco Regno Rodericium: in Hispania, Insubria, Germania Fabrum, Codurium Broetum, et Iajum illum Clodium: Romæ, alijsque in Italiæ partibus Nicolaum Alfonsum, cui Cognomen Bobadilla

à Soli Natalis nomine. Quo ergò, et quanto Jure de Ignatio Apolline poterimus occinere, quod undique suas Musas movebat, et in mediâ residens Româ, hoc est, Orbe in medio omnes amore complectebatur quam maximè.

Mentis Apollineæ ipsis has movet undique Musas
In medio residens Complectitur omnia Phœbus.

Et quidem Cum Musæ eæ sint, quibus ut in Theogonia ajebat Hesiodus, sunt semper Cantus Cordi; quem quidem earum Cantum, qui sibi Cordi est, totum per Orbem evulgâre: Ignatiades Musæ, seu novem Magni Parentis Comites ij fuere, qui cum Terram in omnem suo ab Apolline Ignatio mitterentur, in omnem Terram exivit Sonus eorum, et in fines orbis terræ Verba eorum.

Memini de hoc Apollinis, et Musarum Cantu Homerum in Iliade inseruisse preconium: quo super illius Commentator hæc quoque Verba protulit: scilicet Musarum, et Apollinis Musicam simplicissimam esse: quæ quidem proprietas Cum Ignatij, et Sociorum Cantu non minimam habet Congruitatem, cum ipse suis in Constitutionibus hanc Legem statuat Nostrorum Cantum debere esse Tono simplici, ut vel in hoc Musarum, et Apollinis Musicam, quæ simplicissima est, redoleret, ac saperet.

Ut vero, quantum vel in ipso Litterarum Numero Nomen Apollo cum nomine Ignigo

Conveniat, videatur, qui pensitaverit Nomen Ignigo, et Apollo scribentur, amborum qui litteris supputet, totidem in utroque reperit

Quando Sena suum componit Nomen Apollo

Ignigo vel Loyola. Dat quoque sena suum Nomen* et Ignatio.

Alter quod scierit merito sic sciverit Alter

Nam quot Litterulas hic capit, ille capit.

Simili fortasse ratiocinio Bahusius ille noster Epigrammatographus celebris de Mnemosyne Musarum Matre sic ludit.

Cur te, Mnemosine, pingit ter littera terna?

Ter terna est, inquit, Filia docta Mihi

Hæc Novena Musa, quæ Mnemosynes Filia est, et ab Apollinea Mente, et Cythara Cantum acceperunt, eo acceperunt modo, quo Ignatius, Magnus Apollo, Consonam officiorum, et Munerum Harmoniam, dum Societatem instituit, suis Socijs impertijt: in Constitutionibus enim sic ait. Ninguno se entremeta en el oficio de otro, ni entre en lugar de Oficio ageno: quod quidem et Musæ, ut ex Themistio constat, in munijs earum cuique convenientibus ad versum, observarunt: Nam Musæ quidem inquit, cum novem sint Udemia Aucton Aganactei pros tras allas Nulla tamen adversus cæteras Commovetur quod neque sola Sapiens sit, neque sola â Poetis

implorentur. Quin nec Calliope Cytharam sibi vendicat, nec Thalia Tibias, nec Lyram Terpsicore; sed unaquæque quod suum est in Communem Chorum amant Contribuere, Cantuque sese invicem excipientes, ait Poeta, nusquam impedientes Symphoniam. Hucusque Themistius, ut ijs ex omnibus apertum videamur quanto Iure Ignatius Musarum Choragus, Apollo, atque Musagetes, qui Chorum hoc ordine alternis vicibus, seu vocibus Cantus dirigat, et temperet, ne voces vocibus confundantur, atque ex eâ, quæ debuerat Harmonia sonare, dissona resultet Ataxia, seu inconditus Strepitus.

Enimvero si Nomina Musarum, atque Munia æquâ pensitemus bilance, quantum (eh! quantum!) et Socijs, et Ignatio Conveniunt! Etenim Novem Sociorum quisque Uranie fuit, cum et Maximam de Mundo despicientiam haberet, et toto Mentis, atque Oculorum obtutu Coelos, Sedem patriam contemplaretur, et quamplurimo, dioque prosequeretur adfectu; namque

Uranie Coeli motus scrutatur, et Astra.

Et â quo id quisque habuit nisi ab Ignatio Apolline suo, qui Terram despiciens, et Coelum dispiciens hos in igneos adfectus erumpebat? Heu! quam sordet Terra, cum Coelum aspicio! ut ita exardens hos inspirando spiritus, atque Ignes afflando Sociorum quemque

Converteret in Uranien, id est, Montes Coeli servantem, et Astra, expingue Cœlum Coeli, quod Sedes est Domino.

At si Clio Musa Gloriam græcè sonat, et est, quomodo et Ignatius, et Comitum quisque Clio non esset, cum nil et ipse, et ipsi nisi Dei Gloriam respirarent? Thalia tamen eo gaudet Nomine, quia ut ex Græco colligit Vossius, Gloria magis, ac magis virescit, quod maximè facit ad illud Ignatianum Stemma, Symbolumque Ad Majorem Dei Gloriam: seu ad Xaverianum illud Amplius Domine, amplius: namque quo plus Xaveriani excrescebant Labores, eo plus Gloria Domini augebatur. Et cur non essent Erato, qui maximè Deum amarant, et alios quoque Deum amare fecerunt? Cur non Euterpe, qui in voluptatibus coelestibusque delicijs se totos immerserunt? Cur non Terpsichore, qui ad has delicias devios homines frequentissimè invitarunt, iisdemque eosdem delectaverunt? Cur non Calliope, Melpomeneque, qui eorumdem Mores efformarunt, et quodam veluti Cantu Consonos ediderunt? Sed jam vertamus Stylum et quasdam alias Allegoriæ Congruitates Carmine depingamus:

Se gemino tollit Parnassia Culmine Rupes,
Culmine Sydereas quærit utroque Faces.
Nobilitatque Lyrâ Musarum Præses Apollo,
Ornat Apollinei Turba Novena Chori.

Unda perennè scatet, celeri quam Pegasus ungue
Ruperat: Aonias Urna ministrat Aquas.
Consociata Cohors currit, sacro Agmine, vatum,
Et liquidum Phoebum terque, quaterque bibit
Post Cortina sonat Sanctarum Oracula rerum,
Ediderat Adytis quę, Sacra Cyrrha, suis.
Et Sanctas Sancto Phoebus regit ordine Musas,
Sese animat: totas Spiritus intus agit.
Et modulos agitare docet, Cantusque ciere,
Totus ut Orbis eâ sistat in Harmoniâ.
Calliope, ac Erato, Uranie, Polyhimnia, Clio
Terpsichore, Euterpe, Thalia, Melpomene.
Nullaque non pangit Chordâ nec oberrat eâdem:
Et Plaga divino Nulla sonore vacat.

Certè quid bivertex iste Parnassus sibi vult
utroque culmine sidera petens, quam Institutum,
ac Ordinem adumbrare Ignatianum, qui vitâ
mixtâ, id est contemplando, et agendo, quasi
Cacumine duplici Coelum scandit? Quid Preses
Apollo nisi Parentem Ignatium? Quid Nove-
nus chorus Novenam nisi Comitum Societatem?
Quid aliàs Parnassus Mons editus nisi Marty-
rum Montem? Ubi et Societas primùm edita
fuit, et ubi Ignatius, Consodalesque se Deo votis
obligârunt, et ubi diem post vota emissa po-
meridianis horis transegerunt ad Fontem, qui ad
radices Montis situs ebullit, et in quo creditur Areo-
pagitam Dionisium suis manibus amputatum.

sibi Caput lavisse, ut et Fonti non deesse, qui Martyrum Montem ad Societatem instrumentandam Parnassum facere: de utroque Fonte sic occinam

En bene conveniunt, ibi fons qui manat utergue
Maximus ille pede est, Maximus hic Capite.

Scilicet Parnassius Fons Pegasea ungulâ, Parisinus Capite, seu Fronte Dyonisiacâ; quod Dyonisij Nomen, ut alias pro Parnasso Montis Martyrum Componendo excogitem rationes, et afferam. Etenim Parnassus simul Deo Baccho consecratus fuit, et ut Rhodiginius ait, hic Bacchus singularis fuit Praefectus. At quis ignoret Dyonisium quoque Bacchum vocari, Bacchumque, sive Dionysium Bis natum fuisse, quod utrumque Dionisio itidem Martyri convenit? nam et Nomen idem habet, et Bis quoque natus est: nam Martyrium, ut benè quisque norit, Natale solet Martyrum appellari. ~~Etenim Antrum illud~~

Adhuc: Antrum illud ubi oracula in Parnasso Dictabat Apollo quid nisi Minoresij innuit oracula, quae divinitus illic Lojola Pater accepit, et postea Vaticano edidit ore? Caetera quid memorem et singula? Mons Martyrum, et Sodalitium Parnassus est; Socij Novem Novem Musae sunt; Lojola Pater Apollo est; atque ultimum hoc vel cognomen Lojola denotare videtur: ex hoc enim Cognomine, unâ tantum Littera I in P commutatâ, integrum Nomen Apollo conficitur

Lojola, Nomen habes Phoebi: tantum unica tantum
Littera mutetur: Nomen Apollo tuum est.

Atvero nec id casu factitatum est, ut in non puro Anagrammate Apollo ex Lojola I remaneat, quę oblongam quidem Virgulam refert, cui Litterę I, vel Virgulę oblongę si C Littera, vel Dimidium Lunę superius appingatur, P litera absdubio conficietur. Cur ergo Luna dimidiata Lojolęj Stemmatis Insigne sit Gentilitium, Hanc sibi, et litterę I adfingat Ignatius, et rem totam Conficiet.

Dimidium Lunę tibi Stemma est: Lojola Lunę
Adjice Dimidium: totus Apollo manet.

Totus ergo cum maneat Apollo, totus in Vos omnes Apollineos inspirat Animos, ut suas Musas, Parnassum suum, femerissum heroice, ac Digniter occinatis.

Ergo Phœbeos ignes ut Vitrea Lamna
Concipit, immittitque sinu, atque reflectit in Æstus
Lumine multiplices, geminoque repercutit ictu,
Ignea Vis illis Major. Sic Major adurit
Quęque Objecta sibi, Flammasque exparsit in acres.
Nos quoque, Lojolides quos Æquus amavit Apollo,
Et fecit socias vel primâ ab origine Musas,
Quos decimus Mentis Calor arripit, et bona certè
Expagitat, stimulatque Cohors, ac plurima Phœbi
Lumina transadigunt totas nimio igne Medullas
Flammivomos ignes veluti Crystalla reponunt.
Hinc Binus Parnassus erit, cui Binus Apollo,
Bisque Novem Musę, Juvenes; Minor illa Sororum
Turba manet: prior, et potior Nos illa Calentes
Nona PAtrum reddat Dio gratissima Patri;

Quam, veluti, Phoebus pulsare pectine chordas,
Concitat Ignatius, sacra trahit ille volentes
Voce Deus, spiratque ignes, sociosque recenset.
Sic duplicis duplicem Parnassi haurire liquorem
Causa movet, seu causa movet geminata vicissim:
Sic Heliconis datum est Nos epsiccare libentes,
Et latices haustos plenis et pectore, et ore
Reddere Principio: dederat quas Magnus Apollo
Cantaber insolitas Menteis, in Carmina vireis
Inuicte rependamus: latices Parnassidos illuc
Unde fluunt, redeant, fontemque caputque revisant.

Provocavi.

Leges pro Certamine.

Nam cur Apollo, et Musae tamquam Dictator, et Consules pro certamine poetico leges similis suo leges non condant, et conditas Fecialis ore promulgent? Utrumque faciunt: sic eas condunt, promulgantque. Lex ergo sit

1.ª

Alterius pedibus, nisi sint Pegasi, hoc Parnassi culmen ne conscendunto; id est, aliorum Carmina invito Domino, scili et Apolline, ne rapiunto.

2.ª

Digna Musarum sint, et Apollinis quaecumque appendunt.

.Angismus.

Dÿs, Loyoleus Ignatius
Augusto Cæsare per allegoriam compositus
Pro ludis Augustalibus instituendis
In honorem 99
Magni Parentis Ignatÿ,
Qui verus Patriæ dicitur esse Pater.

Pertæsus jamdiu, et exosus fabularum involucra, et velamina, quibus quotannis solemniter Gloria, tamque maxima Divinissimi Herois Ignatÿ de Loiola adumbrabatur, et exponebatur ad historiarum locuples regnum me converti protinus, et inde ut mea mens fuit aliquid seligere, quod meo muneri faceret satis, quamvis non item immortali magni Parentis decori sæpe sæpius ipse mecum cogitavi (Rector amplissime, PP. ornatissimi, Adolescentes optimi.) Ergo ex historiÿs statim se objecit mihi eas animo pervolventi Heros ille, qui Romanum fundavit, constituit, stabilivit Imperium, cujus prudentia, et virtus ad Cælos usque illum extulerunt, et in Deorum numero, si Dÿs placet collocarunt: Cajum Julium Cæsarem Octavianum intelligo, cui Divus Julius erat avunculus, quem adoptione honoravit, heredem ferme ex asse reliquit, et post se ad moderandas tanti regiminis habenas successorem delegit. Is postquam ad istum evectus est apicem, cum de novo nomine sibi imponendo, quod sua pene divina designaret promerita multum diuque Romanis a Proceribus res agitaretur, Munatÿ Planci suffragio, atque sententia se deinceps Augustum appellavit; Sacrum quidem Cæleste dixerim nomen, cujus virtus (si forte virtus insita, et indita nominibus a natura est) rem ipsam, cui velut affixa fuerat, adequabat. Humana namque non hominibus relinquantur; Divina tamen Dÿs, et heroibus quadrent, conveniant, aptentur: quo super Fastorum ille [illegible] sic cecinit.

Sed tamen humanis celebrantur honoribus [illegible]:
Hic socium summo cum Jove nomen habet.
Sancta vocant Augusta Patres: Augusta [illegible]
Templa Sacerdotum rite dicata manu.
Hujus et augurium dependet origine verbi:
Et quodcumque sua Juppiter auget ope.

Augeat imperium nostri Ducis, augeat annos,
Protegat et nostras quærna corona fores.
Auspicibusque Deis tanti cognominis heres
Omine suscipiat, quo Pater orbis onus.

Quæ quidem omnia perfacile magno Parenti nostro accommodem. Is enim summo cum Jove Socium nomen habet, qui Societati Jesu veri Jovis re et nomine se fassus est, et professus, Sociosque hac Religione nostra cum Jesu, tum sibi adjecit, et addidit. Nolim tamen primo hærere in limine, aut potius quasi per saltum rem ire, virum viro, Divum Divo comparare, et conferre: sed hac procedam methodo, ut uno sub aspectu utramque vitam proponam, unoque quasi consuam filo: ut et origine, et progressione, et rebus actis, et corporis statura, et animi lineamentis, et obitu, et Apoteose, et aliis quam plurimis Augustus Ignatium ad unguem referat, exprimat, ac depingat.

Nec aliquis in me acriter invehatur, quod in Augusto Ignatianam umbram quæritem, et Symbolon: cum, et hic Imperatorum prudentissimus dedecora, probraque tot inter, tales, ac tantas numeraret virtutes. Enimvero id moris in litteris cum profanis, tum Sacris observatur, quod si persona altera, quamvis deturpata labeculis, alterius, quamvis Sanctissima sit, personam ostentet, allegoriam, et umbram, hoc non se ipsa representet, et referat; sed factis egregiis, dignis moribus, accommoda proprietate, et cæteris id genus, quæ nec sexcentis, ut ajunt leucis, nævo aliquo, aut macula temerentur, conspurcentur, inficiantur.

Quæ cum ita sint, via quæ ad laudes Ignatianas sub Augusti nomine, et persona visa sint complanare, ac velut quadratis lapidibus sternere non inani opera tempus teram, et male collocem, sed quantocius rem utramque multis Symbolice unam esse commonstrem; atque cum Augustus mensis sit, quo maturæ segetes, dissectæ falcibus, ligatæ in fasciculos, areis contritæ, et versatæ postmodum congregantur in horrea, divitiasque plus vice simplici seipsis accumulant, sic et Carmonensibus Musis, et suano Helicone educatis Augustus, sive Imperator sit, sive mensis segetem amplam, infinitam, supernam secet, et colligat, terat, et verset, congreget, et accumulet, ut in Loiolea encomia

magno impetu ferantur multo que Apolline Helicona totum desudent.

Sed licet Augustalia, seu Augustales ludi, quibus solemni de more hujus Cesaris natalis dies miro plausu agebatur Octobris idibus haberentur, anticipato nunc honorem conferant, et ab Augusto mense, quo recurrunt Augustalia itidem appellentur: Istic equidem mensis et a Cesare Augusto nomen habet, eo que nomine eidem Cesari fuit tunc temporis consecratus. Ego equidem Augustales merito vocam, Apollinei Iuvenes, istos Musarum ludos ad quo agitandos vos de more, et munere nunc provoco; atque calcar addo: quamvis enim extremo Iulio ad Superos ivenit Ignatius, tamen Augusti Kalendis corpus fuit humi depositum, et quod majus est, medio Augusto prima Lutetię Parisiorum Iesuanę Sodalitii fecit fundamina, ut magnam tandem Romę, ut cum Augustino loquar, celsitudinis fabricam construeret. Et sicut olim hi ludi vel Octobri ipso celebrati Augustalium appellationem meruerant; sic et Augustales quoque nomen habeant, qui Iulio extremo vobis agitentur, cum tot sint, tanta que nomina, et causę, quibus nomen, res, mensis, Persona Augusti Divo Ignatio apprime, et quam aptissime conveniat.

At enim vos quoque, Iesuani Adolescentes, qui Iesu, et Ignatii Sodales vocamini, et estis, designatos inveniam mirifice in Sacerdotio Sodalium Augustalium, quod Divus Augustus addit, et instituit, et de quo sic locutus est Tacitus: Idem annus novas ceremonias accepit addito Sodalium Augustalium Sacerdotio. Ecur enim cum vos Sodales estis Augustales itidem non sitis, qui Appollinis Sacerdotio tamquam Mystę initiamini carmine que rem agitis Sacram in meritum Iesuani Augusti honorem, et laudem?

Si aliquis fortasse vestrum sit, qui Romanorum monumenta assidua manu pervolverit, is certe offenderit, ut existimo, Cajum Octavium Cesarem utrumque nomen Iulium scilicet, et Augustum, alterum in avunculi Patris memoriam, alterum in sui meritum dilaudationem obtinuisse, et utroque identidem usum fuisse: Quę ratio meo saltem judicio ea videtur, ut satis superque afferat suppetias ad Loiolidem celebrandum Augusti sub nomine: cum mensis uterque Iulius, et Augustus obitu, idest, natalicio beato, et depositione simul sepulcrali, atque prima votorum emissione, quasi manus dent,

Et fœderis Sacramento ligentur, ut proprium quisque sibi vendicet Ignatium.

Iulius, Augustus tibi sunt duo nomina Cæsar
    Hæc duo Loiolides sunt propriora tibi.
Scilicet Augustum reddit te mensis Iulus,
    Cum Deus in superis te moriendo locat.
Cæsaris Octavii diversa vocabula fiunt
    Nomen utrumque: duo sunt tibi simplicius.
Hoc tribuis geminis, Ignati, mensibus illis,
    Quod per te Augustus mensis Iulus erit.

Nemini, ni fallor sum vehementer, me apud Quintilianum aliquando legisse carmen funebre prope neniam Augustale fuisse vocatum. Ergo ne ad carmen funebre vos provocem, cum ad Augustale pangendum incitem? [illegible] fuit cum carmen [illegible] funerem, quæ prima Augusti [illegible] Augustale [illegible] sepulcrum caneremus, [illegible] carmen [illegible], [illegible] lætitia ingeminate, Cælo que ipsi Lyram sufficient, qualis Orphei in Cælo Lyra apparet, septem illis sideribus, quæ supra Ignatii noctu fulgere sepulcrum, & cum ex eodem Auctore tabernaculum ducis etiam Augustale vocetur, insigne Ducis nostri tabernaculum, sive sacellum sit, sive sepulcrum, eadem de causa [illegible] appellitem Augustale.

Augustale licet prope neniam funebre carmen,
    Augustale sient maxima castra Ducis.
Nenia funebres non cantitet illa [illegible]nas
    Sidereas post hac cantitet illa faces.
Cantitet Augustum, si Augustum cantitet illa,
    Carmine [illegible] dum canat Ignatium.
Mors sua vita fuit redamanti [illegible] Camenę.
    Sic [illegible] Patris gaudia multa [illegible].
[illegible] Ducis [illegible] dum [illegible] Augustale vocatur,
    Sancta [illegible] nostro conveniunt illa Duci.
[illegible] conveniant rebus, [illegible] nomina nom[illegible]
    Augemus carmen, Naso poeta, [illegible]
Sancta vocant Augusta Patres: Augusta vocantur
    Templa [illegible]

Cur ego moras innecto, et quibus conveniat uterque Augustus Ignatius depicta velut tabela non exhibeo, id tamen [illegible] opponi[illegible] huic operi accingar, optimi adolescentes; quod quid [illegible] carmine, stiloque, comparativo descripserim et subjecerim, idipsum pro pangendo carmine, pro agendo certamine materiem vobis omnem et uni suppeditabit; cum loco piaculi ac criminis fuerit habendum quod quisque carmina, sive sint Epica, sive Elegiaca, Lirica sive, seu Epigrammatica a prefixo scopo excurrant, [illegible] et a [illegible] nostro vel [illegible] exorbitent. Atvero cum Epigrammata conficienda ex rei utriusque concursu, et occursu mille multoties patulent angustie, acuminaque, has unica pro illis ludendis metas statuam, ut Ignatius spatia Epigrammatum non percurrat, quin sibi socius addatur Augustus, uti decet [illegible], qui lege sancivit, ut semper sui bini mitterentur. Ergo bonis avibus quamprimum nunc prodeat, et expeat socio comitatus Augusto: Aspicite precor iterum, atque iterum aspicite, alterius quanti in altero instar est et imago.

Editur Augustus superas sub luminis auras:
Accia Mater eum protulit Augusto.
Ortus et Ignatij ante fuit splendore notatus,
Quem Superi dederunt, o Joachime* tuo.
Felix illa domus tetigit qua limina Cajus,
Lumina seu vite, que fuit ara Deo.
Eneades Velitris tanquam nova [illegible]la revisunt
Augustus natus, quo fuit ipse, locum.
Cantabrici quondam, [illegible] nunc coluere Sa[illegible]um,
Mater ubi ex alvo miserat Ignatium.
Cesar erat vivus: decoratur nomine Divi:
Loiolides vivus nomine Divus erat.
Parvenius Superis Divino cum [illegible]
[illegible] Ignatium; [illegible]
Ex geminum [illegible] prin[illegible] olim [illegible] Aula;
Sentina Roma fuit, [illegible]* anima sive tua.
Altera post gemini [illegible] arma anima arma vocantur;
Pompejum signis, hic petit Illerda.
Casa[illegible] fuxinus* pugnavit prelia Munde
Urbeque Pompei*, tu Pater, arma moves.

* Abbas Joachimus lumine prophetico Ignatij et Soc. pre[illegible].

* Mantua Carpetanorum Madritum est, ubi regia Ignatius egit Ephebus

* Cognomen gentilitium Octavij fuit.

* Pompejo polis Pompei urbs, vulgo Pampilona ubi pugnavit Ignatius.

Duxerat ad p[illegible] hunc Cæsar [illegible]
Cardinei[illegible] Dux,* qui Sanguine functus erat.
Post sed uterque venit Studia ad pacata Minervæ
Alter Parisior, alter Apollonios.
Et manet ambobus [illegible] contuj[illegible] abjectu
[illegible] simul: [illegible] nec [illegible] sedes.
Ambobus mens [illegible] statum referebat eundem:
Igniqus Augustus corpore parvus erat.
Os humeros que sibi similes, na[illegible] que sagacem:
Una videbatur frons facies oculi.
Corpore, mente pares fecit prudentia: fecit
Artubus [illegible] pares, [illegible] ille pares.
M[illegible]toties veluti Phœb[illegible] micat [illegible] ore:
Atque suum Cæsar Solvi deatur, amat.
Ignatius lacrimis geminos hevetavit ocellos:
Augusti m[illegible] n[illegible] senecta gravat.
Hic fuit, ille fuit victu parci, simus; atque
Unda lavare [illegible] potis grata fuit.
Augustus [illegible] Cæsar mendica bula tractat:
Mendico Ignatio dat sua [illegible] Ceres.
Virgineas decorat Cæsar Vestalibus [illegible]:
[illegible] [illegible], o Catharina, tuas.
Nec [illegible] Augusto fasces [illegible] dignas,
Cæsar, & hinc mensis nomen & omen habet
Legibus emen dat populos, & moribus ornat
Romanos: melius Noster utrumque facit.
Ordine Militiam formavit Cæsar, & alter
Militiam Jesu format, & instituit.
Si quis erat non [illegible] ferens dimisit uterque
Militi[illegible] [illegible] dejicit ordinibus.
Cogitat Imperium Cæsar deponere: nec non
Ponere Loiolides cogitat Imperium.
[illegible] rationem Cæsar abillo:
Exigit a nobis Ignatius similem.
Ut veniat [illegible] totus ille recen[illegible] orbem:
Omnibus ut veniat, sic facit [illegible]natius

*Dux de Navarr[illegible] [illegible] consan[illegible] [illegible] Navar[illegible] [illegible] prorex, qui Ignatiu[illegible] [illegible] [illegible] arma.

Literulas genitos docuit, docuit que natare
Sive [illegible] stare: sibi Lipsius ille legit.
[illegible] ad ostrum quoque nos Pater optimus omnes
Sive natare docet, sive notare docet.
Namque natando [illegible] nos [illegible] revocem[illegible]
Ignatii doceant corpora mersa lacu.
Nec vigiles tantum similes simul ambo fuere:
Ambo vel in somno namque fuere pares.
Hora que sopitum Casum septena tenebat
Horas per septem nos [illegible] somnus habet.
[illegible] nent similes dum sunt [illegible]
[illegible] similis [illegible] Medicina [illegible]
[illegible] Caesar crescit medicamine morbus:
Frigidaque apponunt: illis sanus erat.
Egra habet Ignatius [illegible] Medicina [illegible]
Major [illegible] cum nece fadus init.
De Patre jam actum erat, at [illegible] alter Apollo
Oppositis medicas contulit ille manus.
Tunc Loiola valet: velut istac forte maneret
Augusto similis febre salute, obitu.
Postea [illegible] gemini placida cum morte [illegible]
Atque habuit Caesar, qui petiit Euthanasion.
Inde loca [illegible], quo Julii vidit euntem
Luce Pater nato sic [illegible] iter.
Vexius Ignatium Caelum [illegible] in templa recepit,
Quo natum vidit pergere Coelum.
Quos ego composui, Juvenes componite [illegible]
Heroas geminos, nec gravis iste labor.
Et minimis magnum medijs confertur utrumque.
Ortus et acta probat exitus acta probat.
Plurima conveniunt ambobus; plurima dixi,
Credi[illegible] [illegible] bis plura [illegible]cenda manent.

Vidistis jam, juvenes, et audistis hanc utriusque Ubi noris congruitatem nimis prolixe carmine expositam, sed hoc consulto fecimus, ut hunc fœcundissimum ex Campaniæ Statis fœcundissimum, dum collatis, et Aganippidos unam ... geris. An erit aliquis ex vobis, qui patrium pingue hoc Solum, aut Cœlum ... ut nec amœnitatis erumpat in flores, humanitatis maturescat in segetes, Divinitatis ... in fructus? Necessarium, quo tale hoc credere possem, nec vos estis, qui ut hoc possim credere meum animum inducatis. Ergo agite: si calore, si igne, si Augusto fervet tempus, his ipsis fervet opus: Pierius menti calor incidit, Loiolæus ignis in vos agit, Augustus huic igni ... talia præbet alimenta. Cuncta hæc vobis nunquam deficient, nec hæc cuncta vos unquam deficiatis.

Ite per Aonios tractus, et militate multo
Palladis armatæ calamo, percurrite montem,
Indeque victrices hoc pro certamine laurus
Carpere vos liceat viridem et tempora cingere
Atque comas Phœbo dignas innectite Daphnem.
At fallor nimium nec enim juvat ire per altos
Cirrhæ apices, lauriique sui spolia ampla ferre.
En Augusta domus modo Cæsareique penates
Sufficient meliora viris certamine tanto
Præmia: laurigeras frondibus nunc explicat umbras
Pontificibusque sacris velut olim Livia prima
Cæsaris ornabat: sibi sunt hæc stemmata nota.
Hinc capite augurium, capiti hinc aptate corollas:
Quandoquidem laurus, sancta si mittitur ignem
Et crepet in fomitus, ea sunt felicia vobis
Auspicia, et nimias qui dent in carmine vires.
Sic domus Augusti lauros dabit, Ignatius ignem,
Vos junior consorte manus, conscribite carmen,
Quod sociale canat, venerabile fœdus utrisque:
Otia vel si aliquos habeant, ignaviaque veterno
Supplicio mulctet Cæsar, deinde Loiola mulctet.
Mercedem qua negent vobis, et præmia sint:

Scilicet Augustus modo si parere recuset
Miles in obsequium pœna hacce fieri iubebat:
Cingula subtraxit tunicæ, discinctus in agmen
Exibat Juvenis, sociis risuque ciebat.
Carmina ni facitis similis vos pœna manebit,
Munera nulla dabit, vel Cingula nulla feretis;
Ignatius que neget vobis et Cerea dona
Igne suo liquet celeres tenuentur in auras.
Parcite si retuli, Juvenes, iniuria verba
Munere cuncta meo quianam vos provoco, dixi.

Leges pro certamine.

Augustus cum Cæsar sit, Imperatorias Leges præscribet, incidet, tabulisque promulgavit

1ª

Carmina omnia Carta, quæ vocant Augustam consolidata hoc est nihil, quod ex Augusto non sit, Ignatiano in carmine conscribunto.

2ª

Augusti vates scilicet Virgilius Horat. Ovid. Catul. pro Epicis, Lyricis, Elegiacis Epigrammatis conficiendis imitantor aliorum tamen carmina ne rapiunto.

3ª

Qui secus fecerint puniuntor, vel ipsa carminum suspensione, cum enim sequiori latinitatis sæculo poetæ vocarentur factores, si quæ non sua sunt, rapiunt, malefactores vocentur, et tunc publica suspensio carminum minime merces esto, sed supplicium.

Numa Religiosus.

Allegorica adumbratio magno Parenti Ignatio de Loyola solemni more dicata.

Frequentissimi usus solet accidere cùm in sacris, tum propha=
nis litteris, aliquos ex utriusq. viros, seu feminas ad inum[illegible]andos
alios, aliasque eximiæ sanctitudinis destinari. Sed tamen id
incommodi iste mos habere videtur, quod multoties Vir, qui re=
præsentat, ac umbra est, de coloris vitiorum ferrugine in aliquibus
ve in pluximis defœdatur: neque commodè rationi erit consenta=
neum, eum qui iniquus forte fuit, colore suo alterum, qui adorata virtutis speci=
e fuit eversus, aut depingere, aut delineare [illegible]
Patres sapientissimi vero, spei Juvenes! at malo huic obviam eunt,
et veluti examinant, qui non personas, sed earum facta, heroicasq. ges=
ta, licet claudicassent in aliis, præstantes virtute Viros, tanquam
ex ungue leonem, et gigantem ex digito referunt innuisse. Qua=
propter mos id apud nos quotannis invaluit, dum magno Parenti
Loyolidi Carmonensis Juventus verba quodammodo suprema, ul=
timumq. isthoc loci Calliopes inspiramen Apollinari palæstra litat, et
sacrat. Heroes fabulares quam plurimi materiam apparaverunt in
carmina ad fastidium usque, et tanquam crambe recocta: Quidem idq
alterano quodam annorum recursu munus et adumbrationis officium
identidem præstabant. Quare mens fuit, ut historia fabulas excipe=
ret, et Heroibus quorum in Scripturis fastis præclara extant monu=
menta, tota res ageretur, ut prædicaretur Ignatius: anno, qui pro=
[illegible] lapsus fuit, Imperator Augustus Loyolidem dilucidavit: nunc
faciet Numa Rex, quamvis adhuc invicto, et successione in posterum:
Sed enim quicumq. Numæ vitam, et acta attente legerit, inveniet [illegible]=

xima, inveniet maxima, inveniet congruentissima;

In quibus Heroum pariter convenit uterque,
Seu Numa Loyolidi, Loyolidesve Numæ:
Respicias mores, sanctas vel juris, et æqui
Leges respicias, seu sacra festa Deum.

Et [illegible] nescio, quid cum Musis Ignatius celebraturis commune habet Numa Rex, et opportunissimum: de quo, ajebat Plutarchus, habuisse communia cum Musis consortia:

Dum Numæ fuerant sociis consortia Musis
[illegible]ontes Musas nobile carmen a[illegible]:
Loyolides equitum socias iungit sibi Musas
Ut se concelebrent, concelebranto Numam:
Numæ* At Tacita Musa Regis* gens prisca vocabat;
Sed [illegible] Musa Numæ non tacita illa manet.

Neque enim decet, quod silentia Pythagorica nunc temporis Musa servet, sed quæ Tacita sit, et vocabatur, mysteria revelet, eat in vatis, incitet pectora, excitet [illegible]; manus nervis admoveat, plectra divinitus moveat, entheatque in carmina rapiat:

Fertilis est nobis, Juvenes, est apta canendo
Materies; et Musa citat, tot gesta canamus
Heroum, quæ mente simul, similesque fuere
Moribus antiquis [illegible] nomine dignis:
Sive Numam vultis cantare, reflectitur inde
Loyolides sonitu, veluti cum vocis imago
Voce repercussa sonat: hæc sunt vincla duorum,
Immobilisque diu [illegible]issima fœdera pacis.
[illegible] Numa parcus erat, pariter [illegible] Loyola parcus,
Ille [illegible]acedæmonio servavit jejunia ritu:
Ille fugit, fugit ille, simul [illegible] beata petendo,
Et populos, et [illegible] cum gente tumultus;
Antra colit geminus, [illegible] et condita sylvis;
Diva frequens [illegible] muneribus replevit utrumque
[illegible] Virgo Parens, [illegible]que Numæ.
Ille, et[illegible] ille: preces mittit nocteque, dieque;
Ille [illegible] illa preces nocte, dieque capit.

... quid ab officio pro ... tuo, suggerit ...
Altera et alterius suggerit officium
Altera, tum vitae rivos, mentesque, animosque
Impulit ad superos, et rebus tollit ab imis.
Et quod ego existimo, etiam ... tissimo; tanta est hac ex parte cognatio Numae cum Loyola, quanta est Egeriae cum Maria. Non gravabor Plutarchi verba transcribere: Numa vero concilia Urbis deserens, frequentius in agris morabatur, peragrabat libenter Lucos; et in Deorum lucis, et in sacris pratis, ac in desertis locis vitam degens. Unde vel maxime quod de Dea fertur, initium sumpsit; ... Numa ille non sollicitudine quadam animi, et errore hominum societatem ... quaesierit, sed quod honestius consortium degustarit, divinumque conjugium meruerit, ac Egeriam Deam ... amari congressus, ac una degens, felix vir, et divinarum rerum peritissimus factus fuit. At ubi divinarum rerum peritissimus factus est Ignatius? In Monserrato antro, desertis ... locis. A qua seu Dea, seu Diva factus est earum peritissimus? Ab intemerata Deipara. Cujus caelesti, ac pene divino favore, et lumine persaepe ejus fuit, dulcissime delectatus, et vividi illuminatus? Itidem Mariae.

Convenit alterutri ... , convenit umbra duobus:
Lux erit Ignatio, quod fuit umbra Numae.
Sicut ... marmoribus quadrata horaria cernis,
Umbra quibus luci signat et hora diei;
Non aliter Loyola tuum de Numine lumen,
Quod Numa significat, sic Numa Numen erat:
Scilicet inspirat scribendis dogmata libris.
Et ... operum ... utraque ... docet.
Quidquid enim ...

matum, et caeremoniarum, quod Numa induxit, ... ad Deos colendos, ad sacra ... laxos, et perditos hominum mores cohibendos, et ... ab Egeria Dea glorabatur accepisse.

Quidquid et Ignatius nostro sic ... orbi,
Ignatio pariter Virgo Maria dedit.
... ... idea emanavit, et haec ... Religionis Magistra: at siquos ordines Sacerdotum, aut Virginum, Egeria ... Numa Deo instituit, perspiciamus, quam apti... trice, et amantissima trice, ...

simos nro sodalitio adumbrando maximâ specie invenlemus. Si Vesta= lium cœtum non numeravit, tales leges pro moderandis sancivit, ut quoddam earum exactor, etsi non tempore, tamen dignitate jure merito que appella= ri debeat. Tres in ordines, aut classes eas divisit. Prima, quæ primo de= cennio disceret: secunda, quæ secundo decennio operaretur, et ageret: ter= tia quæ tertio decennio doceret: Plutarchum iterum exhibeam: Virautem Vir= ginibus annorum triginta castitas à Rege præscripta est: ac primum quidem decennium quæ facienda sunt discunt: secundum vero quæ didicere facit= unt: reliquum autem decennium has alias edocent. Nunc oculos in sodalitium conjice Ignatianum: treis item in classes reperies distributum. Et classem, quæ discat: en Scholasticos, quos vocant Scholares. Et classem, quæ faciat, en la= bori accinctos operarios. Et classem, quæ doceat: en quarumcumque disci= plinarum Magistros:

Terna hominum species, tria munera, trinaque classis
Ignadum discit, discenda peragitque docetque;
Et triplici ... duxe sudata labore
Plurima peraeritur, sed nec facienda recusat:
Virginibus Vestæ mores consentire modicos
Vos Ignatiades, Vos, quas Numa destinat annos;
Ne ... nec labe notandos
Et servate pios, puros excudite pueri:
Nec modo Virgineos, sed enim referente supernos
Cælitum mores, et magni dicta Parentis
Vos pietate boni, deum ... imitat ...

Quid loquar de perpe= tuo igne curâ Vestalium accenso, eâque earumdem absque intermissione servato? Eo quidem omnino inventum Numæ fuit, ac institutum: ut vel in hoc ipso tanquam in speculo (Christallino namque hoc cum igne accen= dentium ferebat) tanquam in speculo videamus Ignatium, qui non aliam, nisi perpetuum charitatis ignem instituto suo, ac ordine sociis religiosi ... accendendum, potius dixerim, accensum, divinitus, terram asser= vantem: ea scilicet mente ut totus ardeat orbis hoc inextincto foco charitatis: nec casu, aut fortuitò figurâ fuit rotundum templum Vestæ, quo Vestales perpetuum procurabant ignem: nempe Loyolidis perpetuus ardor superne emissus, totas, quot, et quantæ sunt, terras in= flammavit, ut ea templi rotunditas orbis figuram, quam Cosmographi antiqui orbicularem crediderunt, indicaret ad unguem. Quid enim sibi vult, nisi id ipsum, quod modo diximus, divinum illud Ignatii ef=

fatum, seu consonans classi cum suo Sodali: Ite, totum orbem accendite.

Ite Viri, sive ite Dei: vos talia tales
Munera constituunt, teste, referte Deum.
Jane ferentis eum, similis referentis et ignem,
Atque Deum referet, quem Deus ipse feret.
Perpetuum servate focum, Boreasque Notusque
Vitate insomnes, ut Laria [illegible] tacit.
Et tamen ardenti totum vos accendite flammâ
Perpetuus quem sic vivat in orbe rogus.
Quem tua flamma cremet, quem vis pes educat et ignis,
Non cremat aeternus, nec mala flamma [illegible].
Perspicuos optate animos, ut lamina vitri;
Sol ubi tot radios cogit, et exagitat.
Et similes vitro tantum splendore manete,
Atque manete vadis robore marmoribus.

[illegible] libri trachio ad Sacerdotum ordines, quos instituit Numa piëntissimus, deveniamus: ecce occurrunt alii res scuta ferentes, et singula rexilium incerta mani grassante. O[illegible] mala pestis incrudebat, totamque Romam, et confinium devastabat.

Nulla medela fuit, nec erat spes ulla salutis,
Confugit ad superos, Egeria quae suum.

Tunc dilapsum e Caelo scutum, quod ancile vocant, in salutis signum et foede luis aeternum [illegible]. Mamurium fabri ferrarii insignem Rex evocavit, ut undecim alia simillima et aequalitate materie, figuraque perficeret, quae ita absoluta â malleo, incudeque edita fuerunt, ut nec Lyncei oculus discerneret, quod Caelo defluxum, quod eduxit: et nec Lyncei oculus discerneret, quod Caelo defluxum [illegible] quae terrâ peracta. Et qui et erant scuta, totidem Sacerdotes creavit, ut certis temporibus celeri saltantique pede urbem percurrerent.

Sacerdotes instituit tales res
Numa Pompilius in salutis signum:
Undecim scuta monimentum dignum
Sunt ad res gestas, claras, singulares;
Scutum Caelo lapsum militares
Ordines vocat tanquam crucis lignum:
Ordines sodalitii contra indignum
Averni scelus mittit Apollinares.

En quod descendit ..., Christus exit,
Sunt scuta ... facta Ignatius oci!
Medentes ... optimo successu
Nil mirum, si ea ... ita evenit,
... in hisce ... non voluntas otij,
Sed et nomen, et virtus manet Jesu.
Sic est, sic fuit, sic et erit Deo dante, volentique: namque hoc clypeo è Cælo de ipso nomine et virtute Jesu insignito ... se protegunt et ... contra ... hostium incursus, irruptiones que malesanas, et contagios pestiferas: et sibi, et Deo media charitate, ... ita vinciuntur ... et veluti confunduntur, ut alius non separatur ab alio: et ... erit, et ... impresso undecim omnes unus tantum videantur; atque qui mystici ... illius Successiones sumus, ... clypeis ...debimus:
Pro festo Salij carmina dicite,
Pro festo Socij dicite carmina
Est festum Socijs, et Salij ...
Uno munere duplici.
..., Jesuades, currite; currite,
Urbem vos celeres Principis urbium;
Urbem vos, Salij Principis Urbium
... currite Cælitum.
Est virtus clypeis semper ...nabilis,
Cum Cælo ... dant ... omina
Illorum sonitu diffugiet lues
Priscis cognita Patribus.
Ergo quasi per saltum è Salijs ad Fæciales Sacerdotes institutos à Numâ gradum faciamus. Non aliud eorum erat munus, quam amicos federe, quisdem ... erant, copulare, et bonum pacis foedus ... nunciare, ... que ijs, qui iniuria verba, aut facta perpetrati sunt, ... inimicos, amicosque se gerere. Quos ergo meliori causa Fæciales vocem quam Jesuades? Atqui Numa, quam Ignatium institutorem eorum ... Nascente Deo, hymno dictâ Angelicâ gloria in excelsis Deo ... cantata fuit, et in terra pax hominibus. Et Societate nascente, ... nomen dedere ...

Angelicon: Fraecialis [illegible] abstinere.
Pace dum resonant superna
Regnis Angelici canentis alti
Coetus Angelici sequenter inde
Vos, vos [illegible] Coetus verendi
Felices Sobor, cui datur [illegible]
Munus Coelicolis vetera pacis
Laurea terrigenis oliva, amb[illegible]
Et quicumque manent beatoris
Sed [illegible] non manu labori
Non unquam requie quies peracta
Pacis conveniet, Ignati Jesu
Pacis factoribus manus et ultra
Dante pectora, se bono sequentur.
At Numa cum voluit Gentes deficere Bello
Ille Sacerdotes habuit, qui foedera [illegible]
Pacis agant, nullumque sonent jam classica signum:
Romuleis omnis abest, et nullus in arma [illegible]
Nemo militaris peragit, ni paci qui [illegible]
[illegible]: Cuncta silent, crudelia vulnera cessant,
Et [illegible] geminas valvas concluserit Ianus.
Bellum equidem sunt, etaque Numa int[illegible] indixit, et id fuit assequutus;
ut Romana [illegible] tanquam indicturam [illegible] militiae, illius [illegible]
Sacramentum ejurarent. Quae cum ita sint, et alia ex parte videam so-
cietatis nostrae militiae arma suspendentem, ut se Deo, multorum [illegible]
[illegible], omnesque, si posset, consecum[illegible] et dicet, [illegible] videor, Numa-
[illegible] bellum damnantem, militioneque militibus facientem, et [illegible]
[illegible] peccatis totamens occupetur, et vires enervent [illegible]
nalis.
Arma tenet Miles; Miles nostrum arma [illegible]gnat:
Abjicit omnino, sed meliora capit.
Arma tenere malum est, ea si sunt arma Gradivi;
Sint ea dum Jesus arma tenere bonum est.
Vidistis etenim, Patres [illegible]entissimi quam bene conv[illegible]
Numa, et Ignatius tum moribus, tum operibus, sive institutis,
sive doctrinis, sive [illegible] domibusque fundatis, denique totius
vitae opere, modoque: a[illegible] plurima et maiora, [illegible] meliora [illegible],

si leviori quodam excursu utriusque memoro historias qua[illegible]
Hi spero coram vobis paucarum, iuvenes, composito stylo, Hippo-
crene tota effusa in numeros, melliflua tamquam olores de-
cantaturos. Ego, ut finem imponam huic aculeo, quo vos incito, et
excito; quis, et qualis vitae finis, et quis post funera casus fu-
it in utroque breviter ostendam. Uterque mortem [illegible]-
sima occubuit, sed utriusque cadaver incorrupte servatum
male coercita exundatio Tybridis, alluvione quadam loco di-
vellit, et ab oculis rapuit, nec postea visa fuerunt. — —

Ergo duos, quos una facit, Mors, Tybridos unda,
Quos fecit [illegible] saltem potuisse videri,
Vos, Hyanthei latices, facietis eosdem:
Unda nec ista pares, nec carmen dividat unquam,
Diversae mihi quamvis Romana fluenta:
Relligione Numam, vos Relligione Parentem,
Insignes cantate: metrum ambos ad sydera tollet,
Alter adumbratur gestis, et dum alter adumbrat.

Provocavi.

Unica lex esto: multis [illegible] valebit:

Recedant vetera; nova sint omnia,

Chorda, voces, et opera

Chorda lyrae, voces phrasis, opera Poetica. — —

Symbola, et Epigramma
Pro
Numa Allegorico
Sanctissimo Parente Ignatio.

Superposita

Crystallus Prelud

Crystallus

12

Crystallus Sua sunt et propria laud

Crystallus

14

Sua sunt et propria laud

12

Sua Sua sunt et propria laud

Sunt et propria

12.13.14. 12.13.12.

21.31.41. 21.31.41.

41.13.14.

Sic numquam deficit ignis.

Cn venit è Cœlo: sic numquam deficit ignis,
Quem Numa procurat, perpetuusque focus.
Ct venit è Cœlo, quem Cantaber accipit ignis
Perpes et ille rogus seque suosque fovet.

Natus ad aras.

Bos veluti Divis celsas est natus ad aras,
Sic Numa pro Superis ad sacra natus erat.
Exuperat ritu Loyola Numaque Bovemque.
Ara Sacerdotis dum pia corda cremat.

Motus petit ipse quietem.

Dum base sistatur rota, tunc petit ipse quietem
Motus, ut ad columen circulus actus eat.
Orat in orbe prius; sed post Numa sede quiescit,
Sistitur Ignatij sede beata quies.

Terminus atque Fides.

Terminus, atque Fides nova templa tenebant,
Rege Numà, colitur Terminus atque Fides,
Sola fides Patri, colitur non Terminus ille,
Terminus Ignatio sed manet ipsa Fides.

Auxiliũ morbis huc venit, inde venit.
Labitur è superis scutũ Rex scuta ferebat:
Auxiliũ morbis huc venit, inde venit:
Pestiferæque sui socij medicamina præbent,
Auxiliũ superûm, siccine scuta ferunt.

Radios dispergit in omnes.
Postquã Romanis manibus dura arma recedunt
Finitimos Populos Rex Numa pace beat,
Phœbus vt, Ignatius radios dispergit in omnes,
Nã Patre mittenti, quæ plaga luce caret?

Modus omnibus vnus.
Pompilij scutis inerat modus omnibus vnus,
Atque modus socijs omnibus vnus inest.

Non animæ, tantummodo corpus.
Obruet erraqua non animæ tantummodo corpus
Herois demum: sic monumenta ferunt.
Xavier non animo, sed corpore frangitur vndis,
Vnda premit corpus, spiritus Astra petit.

Ex parca splendida fiet.
Mensa Numæ duplex: hæc splendida et altera parca

Misera parca viris, splendida Cælitibus.

Cantaber Ignatius sera dũ jejunia servat,
Sed sibi Cælicolæ fercula diã parant.

Istius origine fontis.

Nempè Sabinus amans istius origine fontis
Conciliare Deos, illico conciliat:
Lutetiæ Ignatius melioris* origine fontis
Conciliat Socios, conciliatque Deum.

* In fonte Martyrum ubi socij prima vota emisserunt.

Fumus incitat ignem.

Fumus vase vitri Vestæ angulus incitat ignem,
Ignatij tumi fumus et ardor agit.

Sic ligat ille Deos.

Sic Numa sic ligat ille Deos Vinclisque, catenisque,
Atque ligans Superos in sua vota trahit:
Injicit Ignatius socijs meliora catenis
Vincula, sic socios in sua vota trahit.

Non truditur undis.

Firma velut rupes Pelagi non truditur undis:
Sic Numa sacrificans Hoste peterrite, stetit
Ignatius steterat tanquam non mobile saxum
Cum sua sacra facit, stetque restatq. hyems.

Diva Magistra fuit.

Quod Numa Rex leges Romanis instituendis
Condidit! Regis Diva Magistra fuit:
Lojola quas leges Socijs pro constituendis
Condidit! Patris Virgo Magistra fuit.

Templum sit totus ut orbis.

Templa rotunda tenet Cibele donante Sabino,
Formaq. delubri non ratione caret
Scilicet Ignatius, templum sit totus ut orbis,
Tergeminum toto sternit orbe colit.

Sic Dijs libandum.

Vitibus incisis, veniant ut vitibus uvae
Sic Dijs libandum dat bona vina Numa,
Libat et Ignatius meliori falce recisas
Et bona vina Deo dum vitiosa seces.

Cepas obtulit illi.

Jupiter expetijt; cepas ast obtulit illi
Pompilius, Divo talia dona placent,
Si legis inversas cepas tu perlege Paces
Lojola pro terris quas dedit ipse Deo.

Hinc venit augurium.

Dum augures instituit Numa Rex; absolute cessa-
Hinc venit Ausonijs Omen, et augurium.
Virgo Sodalitio dedicat sacra Omina Nato:
Omina venerunt à Gabrielis AVE.



Pompilius solus capiens tunc respicit orbem
Totum: hinc atque illinc; quatuor inde plagis;
Sonatus melius benè Religione creata
Respicit et totum non oculis animi.

EPIGRAMMATA.

Ovidij - Stat vi terra suâ, vi stando Vesta vocatur
Vi Comes Ignatij sistere nemo potest.

* Aquaviva, isq. Celeberrimus.

Claudia Vestalis fuerat celeberrima Romæ,
Ignatio Romæ Claudius* alter erit.

Proficitur Romæ Numa sed Lari jura recusat
Lojola proficitur, grande recusat onus.

Pontificem Numa primò creavit, at Pontifex Societatem adprovat et Confirmat.

Pontificem statuit Numa Rex, modò sed vice versâ
Lojolides Socios Pontifices statuunt.

Cultus et agrorum facilis cultusque Deorum
Mens fuerat Regi mens hominis colere;
Mens fuit Ignatio proprio ordine cura laborque
Sive Dei aut hominum cultus agrique Dei.

* Patri Petrus apperuit.

Ecce fores valuit Numa Rex præcludere Iani.
Apperuit Cæli Lojola clave* Petri.

* Exercitor. Libri immortalis est.

En Numa mandat humo propriis sua corpora libris;
At Lojola suo redimit sua fata libello.*

* Virgo Maria.

Religione Numæ præerat tunc maxima Virgo,
Religione Patris maxima Virgo* præest.

* Moneta idest monens.

✠ Deorum cultu.

* Societate Jesu fundata.

Creditur à nummis nomen traxisse Sabinus
Ignatio nomen Virgo Moneta* dedit.
Februa diis videas, videas diis sacra Deorum
Pompilius Magnus Religione✠ sua est.
Ignatii videas magnarum cætera laudum
Maximus Ignatius Religione* sua est.
Ut coleret Divos, voluit suspendere bellum
Rex Numa, Romulidis diis sua jura ferat.
Ut coleret Mariam, suspendat et arma; Mariæ
Suspendit clypeum, bellica et arma Pater.
Flaminibus novus ordo datur, nova nomina, et usus,
Pompilius Romæ cum nova sceptra gerit.
Flaminis adtribuit nomen, Pileaminis illud
Antefuit, Pileus quod tegat hisce caput.
Ordo Sacerdotes, statuit quos Lojola Romæ,
Flaminis exornant cum pileis capita.
Labitur è Cœlo scutum; lapsisque imitari
En Numa conatur, Mamuriusque vocat,
Hic Faber undeno numero discrimine nullo
Indiscreta facit: tale imitamen erat.
Ignatius ut Socios similes sibique Deoque
Jungat, et efficiat, prævocat ille Fabrum*.

* Patr. Faberus primus Ignatii Socius.

Ancile

Ancile vocant quæ habuit Numa munera Cœli:
Cantaber Ancillæ Domini sua munera debet.
Primus erat mensis dictus de nomine Martis.
Rex Numa numero sextus ille fuit
Pompilius potuit primus postponere Martem,
Ignatius autem postposuitque suus.
Confertur Lojola Numæ, sed vincitur illo:
Termino hic, et Fidei diæ monumenta locat.
Emcus exuperat Regem: quia terminus orbis
Est brevis, ut Fidei det monumenta suæ.
Palladium servate, bonæ Custodia Vestæ,
Si non servetur, siccine Troja cadet:
Ergo Sodalitium Jesu servate Sodales,
Si non servetur, certa ruina venit.
Vesta notet terram, sive ignem denotet ipsa,
Ignatij et Socium fervor utrumque colit.
Virginibus Vestæ munus carpenta dabantur
In munus nobis itidem carpenta dabuntur.
Tercentum Juvenes Numa Rex dimisit, et item
Lojla dimittat, proprijs si legibus obstent.
Lignea materies nummi non cuprea Regis
Lojolidis Nummo Lignea forma Crucis.

Pompilij numis materies erat lignea,

Ut desint pigri Numa munia dividit agris,
Ignatius Socijs, ne sint Socia ocia nostris.

Virginibus Vestæ concessum absolvere morti
Lojolidum genus quos absoluere reos?

Pompilij, Ignatij vaga corpora corripit unda;
Nonne merebat humum? sic levis unda rapit.

Numa, ne simultas oriretur, ita Sabinos cum Romanis commiscuit, ut nato una confunderetur. Quod etiam suis voluit Ignatius, quando suis præcipit: Quæ amen particulari affectu Extraneus.

Sic Numa Romanum junxit, miscuitque Sabino,
Hic ut Romulides, ille Sabinus erat.
Taliter Ignatio miscetur Natio quæque
Gallus et Hispanus, Gallicus alter erit.

Cum Numa Pompilius templo fundamina ponit,
Vesta ministerijs templa rotunda tenet.

* Homines Quadrati; idest. justi.

Dum cupit Ignatius Socijs accendier orbem,
Quadratos* homines templa rotunda cupit.

Sacravit fontem Numa Rex, et pilata Camœnis:
Parnasi fontem nunc sacrat Ignatius.

Numa Jovem Elicium appellavit quæ vox Propitius significat.

Jupiter Elicius Romano ab Rege vocatur,
Quòd Romæ facilis, propitiusque fuit.
Propitius Romæ vobis ero, dixit Jesus,
Tunc fuit Ignatio Jupiter Elicius.

Rex tribus instituit gradibus tibi, Vesta, ministras.
Et Lojola tribus Gradibus proprio ordine Mystas.

Numa divisit agros vt contentiones vitaret, Ignatius ita Societatis officia divisit.

Rex Numa fit populis justus dimensor agrorum,
Alter ut alterius munere se abstineat.
Lojola dispescit Socijs sic munia certa,
Alter ut alterius non agat officium.

EPIGRAMMA CHRONOLOGICON.

SI INQVIRVNT ÆTATE SVA
LOIOLA, NVMA* IVE
ANNOS PRO CHRONIS SEX
QVADRAGINTA, TENENT.

* Ausonij, et Prudentij exemplo illud A producitur licet in recto, quia vterque in vtraque licet rectum sit produxerunt.

Probatio. MDCLLXVV
Anno 1746. VVVVVIIIIII.

Programma. Munera. Anagramma. re Numa
Epigramma

Qualia, quanta manent Patri data munera Divis:
Munera perspicias. re Numa Divus erit.

Programma. S. Ignatius. Anagramma. Numa Stoi.
Epigramma.

Dæmonas, et Lemures Faunos Numa cum Satyriscis
Dulciter, arte trahit, fortiter arte fugat.
Et fugat Ignatij virtus mala monstra Barathri
Vt Numa terrificè det fera vincla Stigij.

Programma. Numa est Egeriæ. Anagr. Manresæ ve egit.

Epigramma.

Lojola [illegible] Parisijs, Manresæ ve egit amando
Christiparæ: talis vir fuit Egeriæ.

Programma. Numa Pompilius. Anagr. I, Pampilo, munus.

Epigramma.

I, fias Ignati magnus, Vrbi Pampilo, munus.
Dux ubi Lojolides tormenti vulnera passus,
Repperit et vitæ, et primordia certa salutis,
I, fias Ignati magnum, Vrbi Pa*mpilo, munus.

Programma. Numa Egeria. Anagr. Nam re Eguia.

Epigramma.

Consulit Ægeriæ Romanus nomine verso
Nam Eguia* [illegible] fuerat consulit Ignatius.

Programma. Numa Vesta. Anagr. Vates manu.

Epigramma.

Quidquid Lojolides, faciunt quidquid Numa, Vesta,
Phœbeis Vates prædicat ore, manu.

Programma. Pater Xaverius. Anagramma Partus Exercitia:

Epigramma.

Xavier, atque Pater sibi consulit alter, et alter:
Alter, et alter erit Partus Exercitia.

Programma. Exercitia. Anagr. Cit Exercitia.

Epigramma.

Consecret ut totum se [illegible] bona numine Divus
Pompilium justum cit, movet Exercitia.
Non aliter, Lojola, tuo tua Virgo libello*
Cit, movet ad Superos, ut ciat Exercitia.

*idest exercitiorum.

Epigramma.

Sacra Deis tribuit Numa Rex sine sanguine: Christi
Sanguine Lojolides, nonque cruenta facit.

Decastichon.

Vestalium templum rotundum
Forma sui atque figura,
Et idea haud obscura
Significat totum mundum:
In illo Templo sit mundus
Quidquid sit in illo templo.
Persuades exemplo
Sic prædicant [illegible]
Ut qui maculent Ætatem
Templo ejiciantur ex templo.

Decastichon.

Dum adumbratur Ignatius;
Est umbra Numa Pompilius
Sic exponitur utilius,
Cum Latius exponat latius.
Quid erit Regi beatius
Quam innuere Loiolam?
Carminibus ego extollam
Et laudes, et Palmas suas,
At quantumvis canam duas,
Ignatij laudabo Solam.

Decastichon

Numa moritur, et Mundi
Magna liquit monumenta,
Sed corpus suum fluenta
Rapiunt vortice profundo:
Inde nec primus secundo,
Secundus primo cesserunt,
Corona sic divisserunt,
Vtraque dividit limum,
Similes in igne primum
Inaquâ postea fuerunt.

Decastichon.

Si sufficit numquam ignis
Dicit, ignis Numa Regi
Vi illius coelesti legi
Semper ardet suis signis:
Ignatius magis insignis
Fuit suo perpetuo ardore
Opere, corde, et ore
Ignis numquam cessat, numquam
Nec cessare potest unquam
Qui non cessat in amore.

Decastichon

Vinum commixtum cum melle
Dedit Numa propinandum
Ignatius sumpsit potandum
Vinum commixtum cum felle:
Pinxit nobiliore melle
Imaginem Christi ad vivum,
Sive expressit redivivum
In se rursus Christum totum
Dum illius bibit potum,
Fuit illius sumit cibum.

Decastichon

Ex vitibus imputatis
Sacrificium ferre noluit
Pompilius Deis, sed voluit
Ferre ex vitibus putatis:
Eodem modo putatis
Ignatium nostrum voluisse
Et sacrificium fecisse
Ex vite bene putata;
Eius ut melius sit propagata,
Claros socios disecuisse

Decastichon

Perpetuum ignem Vestalium
Rex Sabinus procurabat
Neque ab cura hac vacabat
Sacra domus Virginalium
Et [illegible] igne alium
Loyola servat accensum
In se et intus immensum
Qui sacra cordis acerrâ
Perpetuus liber à terra
Incensus est, et incensum

Decastichon

Feciales instituti
Ad pacem conciliandam
Normam exibent mirandam
Ignatiani Instituti:
Illi à Numa constituti
Ab Ignatio sunt Sodales
Ambo videntur Aequales;
Non sunt tamen, sed videntur
Quo enim modo paci consequentur
Qui in pace sunt inaequales

Nenia

Dum Numa Tauros Ficos
Illigat arcte
Ignatius suos Socios
Illigat arcte.

Sed arte Celsius
Illigat Deum viris
Et viros Deo.

[illegible]

(A) ex praecones Dominibus | x praecones [illegible]
Dicebus [illegible] | Explicationem [illegible]
[illegible] | [illegible]
[illegible] | [illegible]

Si chorus [illegible] | [illegible]
[illegible] Socios | [illegible]
Ordo jam So[et]iati | [illegible]
Non abest Chorus | [illegible]

Grammatici Canunt | [illegible]
Et Musa Musae | [illegible]
Donatus et Poetis | [illegible]
Et Numa [illegible] | [illegible]

Vt virtuti vacaret | [illegible]
Tum Philosophiae | Grammatices in casus
Vacavit et Numa | Ne declinaret
[illegible] | Insistebat virtuti
 | Virtute Coeli
 | Siccine eodem filo
 | [illegible]

cho.

ex bonus Echo fiet, bona vox ast Crecus Echus

Crecus est Exo Pompilius,* filius

Nomine [illegible] Num [illegible] signabere [illegible]

Qui Socios Veste [illegible] talis alis

* Nepos.

Nepos quandoque significat virum, [aut] Juvenem male moratum, et vitiis omnibus [illegible], et [illegible]patum

ornat

[illegible]

ribus Cerit ...

Stefanus

Stebanus

Ignatius

Roma

Ignatius

Dominus Ignatius

Dr. Ignatius

Ignatius le

Lycurgus allegoricus

Lycurgus.
Stimulus Allegoricus
Ad Jesuanam Juventutem incitandam
Pro Maximo Parente Ignacio
de Loyola
Poeticè Collaudando.

Duobus ab hinc annis Roma binos Heroas nobis con-
tulit et è proscenio protulit in teatrum quorum sub
persona, umbraque Loiolæ laudes exponerent.
Hi fuere Augustus, et Numa, et in id rei uterque
materiæ exhibuere feracissimam. Ergo cum Roma suos
simbolos contulisset, cur Grecia ipsa simbola renuit?
Cur non Heroa aliquem in medium proferat, cujus subli-
neamentis Loiolidis imago, quæ graphicè depicta conspiciat?
Sed enim ipsa non deneget symbola: illum Heroa certe
pro maiori tulit, et cui vix par: Lycurgum inquam, cujus
maximum sit elogium, quod de ipso Delphicus annuntiavit Ora-
culum, a quo dubitatum nos apellatus est et Deus potius, qua
homo. Is enim Heros nunc temporis sustinebit provinciam
seperemque par satis abunde divitem Ignatianæ Panegyri:
Plurima enim egregia Lycurgi facinora, eximiæque vir-
tutes, tamquam ex ungue leonem, Magni Parentis decora,
ac promerita indicant insignia. Audiatis, precor, Sa-
pientissimi Patres, quid de Lycurgo Historicus referat
Justinus, et vos vosmetipsos testes adjustam, seu indices ad-
vocem, ut quam optime alteram alteri utrique usiatis. Do
rerum Justini, iste ..: Spartanis leges instituit non

inventione earum magis quam exemplo clarior: siquidem nihil lege ulla in alios sanxit, cuius non ipse primus in se documenta daret. Populum in obsequia Principum, Principes ad iustitiam Imperiorum formavit. Parsimoniam omnibus suasit, existimans labore militiae assidua frugalitatis consuetudine faciliorem fore. Emi... auri argentique usum velut omnium scelerum materiam sustulit. Hec et plurima alia Iustinus de Lycurgo: Hec et alia plurima maiora quidem nos proferemus de Ignacio. Is enim non Spartanis, sed Iesuitis, leges instituit, non inventione earum magis, quam exemplo clarior: siquidem nihil lege ulla in alios sanxit, cuius non ipse primus in se documenta daret. Sin casum tempus tererem si cetera, que de Lycurgo ex Iustino retulimus, Ignacio Parenti conor accommodare: ea enim eiusce sunt conditionis, aut se ipsis, ad invite sibi ipsis convenire videantur.

Hec ego quidem silencio premam Lacedemonios credidisse abs oraculo Apollinis Lycurgum suas leges atque instituta hausisse, et per virorum ora divulgasse. Virgine Pythia arbitra, et sequestra, que diro Numine afflata, enthusiasmo eas ab Apolline accepit, ut easdem ab ipsa Lycurgus acciperet, et a Lycurgo acciperent Spartani: quod quidem tribus Distichis ita Tirteus exposuit, Lycurgi legum normam exponens atque originem:

Pithius hec loquitur sunt hec oracula Phoebi,
Discite veredici Delphica verba Dei.
Consilii teneant Reges et iuris habenas,
Quis cure est Sparte conspicienda Domus,
Grandevique senes et qui de plebe creati
Santarii legum civibus instar erunt.

Auditores sancias [illegible]
quando lucio ipsalis in Sgrrati mente divinans [illegible]

e sanctioris Oraculi cortina vero verius habemus; at enim non ea Pythia Virgo, sed vera Dixerò, Mater, et Virgo destera fuit veluti manus, qua Jesuadis leges, Dei digito, Ignatiano scriberet in corde, ut in illo virtutis tanquam in foro pendere inscriptas, et exin variis Socijs promulgaret. Unde quæ ad modum enim Lycurgus sanctiones suas græco verbo [illegible] apellavit, hoc est, in Deo decretas, meliori quidem titulo instituta sua Ignatius ex nomine decoraret.

Præclarum sanè illud documentum, quod à Lycurgianis institutis usu didicerunt Spartiatæ, senes inquam, et iuvenes, et pueri, qui ad invicem quasi de gloria contendebant mutuisque stimulis, memoriæ contuitus, et spei tergemina illa ætas se incitabat: hæc erant verba senum: Nos fuimus robusti iuvenes. Hæc iuvenum. Nos sumus. Hæc verba puerorum. Nos erimus. Inquam quidem de Gloria contentio, et quasi securitas ijs tribus in ætatibus, tribus primis Jesuanis sodalitij seculis iure optimo congruere videt, cum ijs ipsis Lacedemonijs gloria Jesuadis, inquam secura quantum fert humana fides habeat, ut voce trina terna ætas, fuimus, sumus, et erimus ingeminet, illustrari face Ignatio sequente.

Si sua bona norunt fortunati
Agricolæ Virgilius occinebat:
De nobis canamus, de illis quod canebat,
O fortunati nimium, Jesu Nati.
Nostra si bona novimus, quod pati,
Quod semus bonus agere debebat,
Patiemur, et agemus, ut agebat
Jesuana chori seculi tripli ati
fuimus, sumus, et erimus dicemus.
Si bona nostra bene noverimus
si bona [illegible] et [illegible] [illegible]

Instituta Lycurgi iam habemus
Exemplaria gloriosa habuimus,
Statuam ergo exemplarem habeamus.

Nec solum in Legum ratione Heroes gemini conveniunt. Sed et ipsa Lycurgi apotheosis, et consecratio, et in Deum assumptio quasi intento ordito Ignatij consecrationem portendebat, atque apotheosim. De inde quis non credat de Jesuitadibus per optime posse asseri, quod de Lycurgi legibus et Sparta ijs subjecta consu[lto] pronuntiarit Oraculum. Plutarchus exhibet qui ita loquitur de Lycurgo in eius vita vocato: Cum ad Oraculum pervenisset, et sacra Deo persolvisset. Rogavit, an et pie leges et satis ad civitatis felicitatem virtutemq[ue] lata essent. Respondente vero Numine et leges pie latas esse, et Civitatem clarissimam usque fore, ubi Lycurgi legibus uteretur vaticinium scripsisset, Spartam misit.

En ego vaticinor, resono sed credite Vati:
Legibus Ignatij quadrant si iura Lycurgi
Pectore, et ingenio nobis sit Sparta colenda:
Dum maneant praecepta Dij servata Parentis,
Publica res nostra caput inter collocet astra.
Vos Juvenes tanti [illegible] qui numinis undas
Per calamos tentate leves has vertere flammas.
Heroas geminos modo dum componitis atque
Jura Sodalitij Divo celebretis ab aequo
Principium quod habuere suum: vos inclyte carmen,
Carmen et Nomen nequeant quod mittere Musae:
Sed vires praestare novas sit magnus Apollo.
Ignatius, vitae leges qui praebuit aequas
Ipse feret leges aequas quoque versibus; ipse
Quidquid hic et sit non proprium, sit fors alienum
Non ad re faciens versus quod legibus obstet
M[illegible] ratonis [illegible] ca[illegible]

Prosocari

Libellus Supplex
Ad Magnum Hispaniarum
Principem Ferdinandum
Regem nunc
eo nomine Septimum.

Ferdinando Sexto Magno Hispaniarum, et Indiarum Principi.

Quod olim moris erat, modò quoque usu invenimus comprobari, ut qui aditum ad Viros Principes maximopere exoptant, ij ipsi cujusdam Magnatis Patrocinio, atque clientela suffulti, sacros, verendosque vultus avidissimis hauriant oculis, et humili quâdam flexione poplitum, atque totius corporis summissione, venerationem testentur. Quod hodie-num, Celsissime Princeps, mihi contigisse videor, qui supplex, hoc in supplice, quem tibi offero libello, ad tuos pedes, pro meo erga Te cultu jucundissime devolvor. At verò, cum nec à me, nec ex meis sum, expectari qui possim, Procerem aliquem, qui me ad te, velut manu deduceret, opus fuit, ut selligerem. Nec ad id muneris magna Aulicorum nomina, quibus honor, qui clavis est aurea, ipsum Cubilis Regij aditum, sive adytum patefacit, adsciscendos mihi Tutelares, ac Comites nec curavi, nec censui. Injurius equidem ipsi mei opusculi Heroi, ac scopo extitissem, si ad alium, quotusquisque is fuit, tutamentum, et umbram appellassem. Quam enim obrem Josephus ipse, quem ego quodammodo tibi offero, idem me tibi, pulso, ac procul relegato ultra Sauromatas, ut ajunt, timore, vicissim, ac mutuo me tibi et offert, et defert. Neque enim gratiorem pro Josepho tibi, tuaque Pietati, super aetherà nora, Procerem, vel ex ipso Caelitum numero ad hocce rei, destinare potuissem. Scio namque tuam Celsitudinem non latere quo, quali, et quanto Dignitatis loco, ac subsellio Celsitudo Josephi, ut ita dicam, plusquàm humana, quinimò Angelica, expectanda, et insignis emineat, cum apud Superos, tum Mortales apud ipsos. Et ecce quasi anticipato rem in suum ultrò, volens

totus incumbo, expositam, ac velut in propatulo habeo, et exhibeo. Cum enim stemmata, decoraque Josephi supra Homines, Angelosque immunius eminere, scopus ipse, inquem directe oculis collineo, undequaque appertus deregit, ac prospicitur. Scilicet id quammaxime in votis mihi est, ut quam, uti existimo innixus gemino authoritatis, rationisque fulcimento, Josephus post Dīam Conjugem præ cæteris Justorum excellentiam sibi vendicavit, eamipse, qui Gubernacula Christiani Orbis nunc moderatur Pontifex Benedictus Decimus quartus, ipse pro Potestate divinitus sibi concessâ hanc Josephi Dignitatem, aliquo velut indice commostret, si non ex tripode Superni oraculi declaret. Quapropter cum mihi tam cordi sit hanccee Josephi gloriæ quo possim præconio, totisque lateribus resonare, cum aliquot abhinc annis publicam in lucem edidexim libellum, cui hanc inscriptionem præfixi: El mayor de los nacidos, y Dios por authoridad con el mismo Dios el Gloriosissimo Patriarcha S.r Joseph, hoc superest unum, ut quod majoris ordinis præ Angelis occupat subsellium, quantulocumque ingenioli, eruditionis, seu potius adfectus, quem scio maximum esse, nunc iterum commonstrarem. Enim vero cum instituti sit mei momenta rationis, ponderaque æquâ trutina pensitare, eaque velut causas, quibus vehementer commoveor, adlegare, ut Beatissimus Pontifex Maximus pro Vicaria Dei Potestate, quam obtinet in terris, et qua Mortalium cunctis antistat, quas sibi poscit Vicaria quoque Dei Potestas, qua certe Josephus in vivis degens erat ornatus, et qua Supera alta tenens nunc quoque insignitur, eâdem eundem Josephum Viros, Angelosque anteverterere, Superis ipse gratus, et imis (quod de thure concinunt) declarare dignetur.

Quae cum ita sint, supplicatio nostra eò tendit, ut, in precibus, seu supplicationibus Ecclesiasticis, quas Litanias vocant, Josephus post Virginem Sponsam invocatam prae Angelis potiorem locum obtineat, cum Patriciatus honore sic inter ipsos caput extollat, Tanquam lenta solent inter viburna Cupressi: cum enim Angelorum Dominus subditus videbatur, et erat, cur et ipsi Angeli ampliori jure sicut illius pedisequi, precum ordine, seriemque sponte sua non cedant? Deinde: si, ut piè creditur, Josephus in Coelis eminet, cur in Terris, Angelis prius invocatis, minorem eisdem Litaniarum ordo, ac methodus, dubio procul profiteatur? Hic enim Ecclesiamnos quoddam velut argumentum Angelici Primatus non absre, ni fallor, poterat adhibere. At enim cum non simile vero habeatur, seu ex rationibus, quas modò proposuimus, sive ex illis, quas decursu operis adferimus, Josephum dignitate, stemmate, decore à Beatis Spiritibus superari nulla forsitan apparet via, quâ ab ordine, quo nomen Joseph in precibus Litaniarum collocatur, non possit merito semoveri, et quasi per saltum tria illa Angelorum Magna nomina, totumque eorumdem coetum antelato supplicio praevertere. Accedit etiam, quod cum Hierarchicus, Aeternusque illorum Coelitum Chorus humillimum, ac venerabundum Matri Virgini famulitium praestiterit, haud quaquàm par videbatur, ut Sponsae satellites, et Ministri, ejusdem Sponsum, ac Dominum quodammodò, semetipsis inferiorem ulla ex parte prospiciant. Quis ex omnibus meridianâ luce nitidius, et clarius undequaque patescit, quod si Dominae precatio inserviunt, et obsequuntur, eodem met tenore consecutionis, acsito, huic Domino Dominae inserviant, et obsequantur. Sed quamvis haec omnia, si perspiculatius, et attentius introspiciantur,

sar sint, superque ut Pontificiis oraculis in mea vota, hoc est, Gloriam Josephi gratanter inclinet: tamen cum humana conditio ferat, quod momenta rationis validiora, acuminaque exarmentur, ac deturentur, nisi sub cujusdam magni Nominis umbra, atque tutela protegantur, et confirmentur, hac certe ratione motus quam plurimis, Princeps Serenissime, Ad Te confugio, et supplex tua Numina posco: quin etiam Josephus non supplex (quod minime est pote) sed illapsu quodam, uti spero, hanc Celsitudinis tuae Mentem inspirans: hoc ipsum a Magnitudine tua, qua sublimi evehere, securus et poscit, et jubet. Ergo qui me Divus manuductione quadam ad Te detulit, Te te ipsum, id est, Regiam Nominis tui, et Potentiae Personam ad Romanam Petri Cathedram pro re tam gloriosa auspicato exposcenda, atque ea propter adipiscenda, bonus Ductor sistet, et Comes. Et cum gemino in Cardine res tota moveatur, ego certo certius existimo, quod si primus versatur, cardo alter non immotus manebit, sed uterque conjurabit amice, ut Janua huic Josephi decori omnibus videatur aperta. Primum hujus rei Cardinem appello Celsitudinis Tuae in ea promovenda Protectionem. Quantum enim, o quantum! honoris, et ponderis, et boni ominis huic inerit negotio, si quod meum, seu potius Josephi est, pro tuis erga Divum Sponsum cultu, et pietate Tuum efficias: et si efficias ut Tuum, quis dubitet, quod simul conficias? Si Pontificem ores, exorabis: impetres, si roges: si petas, accipias. Hac enim de causa bonus augur praedixi, ac istius motatione, alterum quoque Cardinem commovendum, Pontificiam intelligo Authoritatem. Cur enim, aut quo modo aliqualem supplicatio nostra patietur repulsam, si eandem tanto Nomine Celsitudo Tua et foveat, et faveat. Neque enim ullus metus est, qui me invadat,

si quod humillimus, à Te, Princeps Serenissime, efflagito, id pro Tua Pietate consequar indubius. Te petente, pro Josepho pe-
tenza à Pontifice Opt. Max. petente, quis crediderit, aut hunc dene-
gaturum, aut Te non consequuturum. Qua propter totus, ac felix rei successus, ac exitus ad Te velut in Caput devolvitur, cum qui illius prima sit, Origo, et Oceanus Beatissimus Pater erga Te prono alveo decurrat, inclinet, et gratiarum thesauros, quibus exundat, benigniter expendat. Sed nescio quæ fiducia, et securitas me tenet, ac capit, Celsitudinem Tuam id oneris non gravandam imponere sibi, ut id honoris Magnus sibi Josephus accipiat. Nec me mea fallit opinio, ac spes, cum plusquam sexcenti, ut ajunt, tituli, qui Te, Maximi Princeps, illuc impellant, ac benevolâ quadam vi arctissimè cogant, multimodis in Te inesse videantur. In primis enim Joseph hac ex parte Justus Exactor pro viribus urget, et instat, ut debitum, pro quo Hispania tota se vadem obtulit, ut consentaneum est, ipsi persolvatur. Si enim hæc Regna, quanta illa sunt, et vastitate, et divitiis sub Josephi Patrocinio stipendia merentur, ex quo solemnitas instituta est, idque ex votis Magni Tui Parentis, Regisque colendissimi, ut plurimus Josepho honor agatur à tutamine, et clientela, sub qua tota vivet Hispania, et cui tota credita est quàm maximo sui lucro, idcirco Tuâ interest Gratiam Gratiâ rependere, atque Patrocinium Patrocinio retaliare. Quod si hac in causa Advocatum, ac Patronum Josephus obtineat, causa certè non cadet, imò causam securus obtinebit, litemque sibi adjudicabit. Et me Judice, qui Hispaniarum à Tuo Maximo Parente, et Rege nostro dilectissimo Patronus adlectus est, quo enim iure Patronum Te non experitur, et vindicat? Nec his res tota carceratur repagulis, sed ulterius progreditur,

ut Te, Princeps Serenissime, multis nominibus obligatum ostendat,
queis in Sui monumenta vetustatis recolamus, ac veluti suscitemus,
quàm plurima passim ostendentur, quae ad idem hoc facere videant.
Non enim fas erit, et aequum, in Commentitijs nobilium fabularum
genealogijs reponere Allobrogum Duces, Regiamque Sabaudiae Do-
mum Avitum Stemma, generosumque, ac prope Divinum à Davidica
Stirpe, Sanguineque Altam Originem, Progeniemque ducere.
Quam enim obscurum cum à Radice hac per Heroidem illam Mag-
nam Suam Parentem Hispaniarum olim delitium Surculum ge-
nerosus exuperis, et Flos purpureus evaseris. Quis vel Haraldorum
magis id fasorum Stemmatis perantiqui morentium prudenter
non assentietur, Te cum Josepho nodo plusquam Gordiano, ne-
xu Consanguinitatis, quamvis transversa, remotaque maxi-
mè devinciri, atque adeò Te te ipsum Suamme causam agere,
cum egeris hanc Josephi, quod vehementer iterum, atque iterum
exopto, atque efflagito. Cur enim, Qui sanguine, et Domo Tibi
iunctus est, Patrocinio, et causâ destitutus videatur, ac desertus? nam-
que vel ipsum naturae jus muta quadam voce millies, et semper effi-
caciter hoc clamat, quasi id frequenter obtinet, ut consentaneum quid,
atque, ut ita dicam, humanum, quòd Proles utut potuerit, Parentes
vindicet, subveniat, et protegat; Nepos Avum, Abnepos Atavos,
Tritavosque, quod idem cum Patruis, Avunculisque eorumque Ne-
potes seu factitant; sive si fortè re fuerint, quod professerunt nomi-
ne, Pelargica quadam, proverbialique pietate factitare debebant.
Atenim cum Tu, Princeps Celsissime, Te Pientissimum erga om-
nes, atque maximè Liberalem praestiteris, qualis, ac quantus vi-
deberis, eritque erga Tuos, eosque Divos, et in Divis erga Jose-
phum? An is eris, qui hoc deseras vadimonium? minimè credam:

vel Josei Jose, qui venit à Radicibus Humor, hoc est, Sanguis ille Regius, qui à Fonte illo Davidico per Progeniei non interrupta meatus velut per quosdam, ac tubulos Te adusque honorificentissimè derivatur, est vox quædam Sanguinis, quæ de Terra simul, ac de Cœlo clamabit, ut Consanguineus Josephus, qui Major in Cœlo est, in Terra quoque præclara vocis istius efficacitate vocetur Major, ac invocetur. Ego quidem censeo, quòd David Caput Generis, ac Honor mentis oculos, Lynceamque aciem hunc in Scopum non conjiciebat, cum dixit: Quæ utilitas in Sanguine meo? Modò namque, et plurima, et maxima in Sanguine Davidico elucet utilitas, in Tua dixerim Dignitate, ac Persona, ut Josephus, Sanguis quoque Davidicus, Te Patrono, hanc gloriam acquirat, et accessoriam quamdam utilitatem. Neque à Materna tantùm Stirpe hæc Tibi Cognatio, ac ex Cognatione obligatio paritur; cum Regia Borbonidum Gens cum Sabauda mille Connubiorum vinculis innexa sit feliciter, ac implicita, unde et Ovidianum illud Tibi quadrat: Deus est ab utroque parente. At verò si à Cognatione Josephi, quæ Tibi, ut modò dixi, quàm arctissimè conjuncta est, à Gemino Optimorum Parentum Genere, ad Regiis, Sanctissimumque Tuum Conjugium sermo convertatur Te Dignissima Conjuge, Tuque tanta Conjuge Dignissime eas velut prototypon, sive exemplar, quas in Connubio Cœlesti Josephus, et Maria eviderunt virtutes, non sublesta quadam delineatione, sed vivida, imitamini, adumbratis, depingitis. Et ut ad Exemplar, et ideam illam magis, atque magis Ectypon accederet, et Imago, Regia Tua Consors Asturum Princeps Maria quoque nomine insignita est, quod totum ni fallor, stimulus, atque calcar devotionis habere debet, ut nos Josephi Gloriam proqua multus, ac vehemens insudo,

immensum calcar habeat, et stimulum. Ad hac: cum grata amoris reciprocatione, ac metamorphosi jucundissimè mutuato Sponsus utrraque feliciter individui animo, et pectore videamini, hinc non vulgare quoddam insurgit argumentum, ut quæ causæ in exoptatam hanc meæ Protectionem efficaciter Serenissimum Principem impellerunt, eæ quoque, quin ones alter ali ipsa, maximopere impellant. Cum enim Regius illius Frater, denique Dui dignissimus Josephi nomine decoratur, non sim is, qui verocem indubium, hac ex parte expetitam Divi Josephi antellationem ad Utrumque Vestrum (siquo unum sunt appellari possunt Utrumque) pro viribus promovendam, quasi pro Aris, et Focis defensandis, novo hoc Nomine pertinere. Et ne diverta ad aliud, hoc in ipso tantillum temporis sistam, et insumam, ut mea Vota in æternum, et ultra duratura expromam, et exprimam, precesque plurimas, easque maximas ad Aras Divi supplicabundus effundam, et tamquam pensile anathema suspendam. Rem declaro: nec Josephi Nomen, nec Pietas improles Tuæ Celsitudinis thalamos diutius, tanto mærore nostro, patientur. Namque si Josephi Nomen introspicimus, ac Ethymon Hebraicum (seu Jacob in benedictione sua Votum Propheticum) indagamus, idem Joseph Nomen sonat, et innuit ac Filius accrescens: unde auspicato, et feliciter res cadet, si quod Nomen est, Tibi, Magnanime Princeps, Serenissimæque Tuæ Conjugi vobiscum, et nobis tot, tantisque suspiriis Filius additur, sive accrescit exoptatus; Qui Te Patrem, et à Te, et à Te Magnum Tuum Patrem, qui Hujus Reipublicæ beneficio Nestoreos numeret annos, Avum efficiat. Non enim Josephus oblivioni umquam mandabit, quas ergo Illius Cultus Auctoritatis, ac Potentiæ Vires exponas, exerceas, et agites: Pietatem redonabit Pietate, et Augmentis

Augmento; scilicet hoc Suæ Celsitudinis Augmento, novo Princi-
pe, futuro Hispanorum Delitio. An unquam Josephus ipse sine
tamquam alieno ære oppressus agere, qui potis est in solvendo, cum
Potens rerum Deus in Conjuge Beatissima, ut in Dispensatrice,
atque Quæstore omnes suas Opes, Gratiasque, quantumvis ad res
tantum spectarent, collocet expendendas? Ergò cum hanc lucis
usuram, ac spirabilem Auram fausto editus puerperio primum,
Princeps Magne, hausisses die Josepho, et Matri Virgini dicato, dica-
toque, inquam, in Sabbato, ab hac die Josephus voluit Te sibi per to-
tum vitæ spatium addictum, obligatumque habere: ac fortassis idem
hoc quid portendit, quod ad Tua, et cunctorum Vota faciat, si enim
Sabbatum requies ē, quantam, ò quantam! qualemq. in Regia Pro-
le à Josepho concedenda, maximâ adfectûs teneritudine requiem
consequeris. Vt ut res se habuerint, id fixum, atque certum statuo, Te
per hanc Diei Natalitij conditionem quamplurimum Josepho con-
necti, atque suas, quacumque in Causa, et in hac præsertim, debere
partes agere: cumque plurima virtutum ornamenta Te, tamquam
Sydera Cœlum, illustrent, et animent, id fortè Judicem te quamdam
Virtutis imaginem affabre Josephi manibus dolatam, perpolitam,
et mirifice exsculptam reddere, ac existere: nec ea Statua immor-
talitati consecranda, aliud sibi in materiam lignum exposcit, quam
Altam Libani Cedrum, nulli unquam corruptioni obnoxiam, ob-
viamque, sed certo æternitatis jure gaudentem: seu potius dicam,
Josephum Artificem dolabris, ac scalpellis Cœlestibus Te velut
suimet Imaginem efformasse: quod quidem, quamvis ipse supra
Piscem tacerem, Stentoreâ quadam voce et tua Magnanimitas,
et Immota Constantia, et in Miseros Pietas, et Humana Co-
mitas, et Profusa Benignitas, et, ut omnia verbo dicam, om-

nia omnium virtutum columina, et lumina resonarent indeficienter: quando enim Sol, licet Meridianus, nubibus obvolutus contegitur, quasi per transennam, cancelloque quosdam conspicimus, si non Solem ipsum, alterum certitudine obtutus indubiâ, Solem ibi esse, atque occultari; splendor enim ille, qui luce purpurea nimbos colorat, se vestem illius Astri probat, et indicem: sic et in hoc, quo ornaris virtutum agmine, et numero, quamvis quamplurimæ veniant sub oculos, nihilhominus pleraque eorum ipse subterfugiunt aciem; sed eâ scilicet conditione, ac mysterio, ut etsi non videantur, quæ adsunt, eæ tamen omnes videantur adesse; sub involucro siquidem, ac velamine Prudentiæ Nestoreæ obducuntur modestissime, velut sol nitidâ aliquando occulitur nube: at quam non patris, Virtus, mentes, visusque tuorum omniumque, quin et Europæ, latere, est Erga Epulum Eucharisticon, Diamque Synaxim, nativa, ut ita dicam, adfectûs, ac devotionis exceptio. Quid ni? Si Cælestis ea Pietas emicat exterius, quasi discussis nebulis, Aquilinâ saltem aciê defixâ oculos contemplatur, Solem hunc Eucharisticum, qui Cereali specie, ac imagine, ut niveo sub nebula, vere Deus est absconditus, et latens Deitas, quæ sub his figuris vere latitat. Cum certa fidei persuasio oculorum vices mirifice suppletura, quod ipsi ibi non adesse perspiciunt, certo certius adesse profiteatur. Forte olim id accidit, ut Magnifica, inquam, tuâ Rhedâ devectus publicis Compitis occurreres cuidam ex Curionibus Panem hunc Angelorum, decumbenti homini, et in meta rerum extrema posito, comportanti; quid faceres tunc? seu tunc quid non faceres, melius dicerem? Regiis sedem Vehiculi illico vacuas, Dominum Dominantium supplex adorat, et reverens, Sacerdotem sacrâ cum Pixide Victori illo collocas in

Curru, et Sedes, verus Christi Corporis Custos, et Assecla, continenter lateri haeres, quoadusque maxima haec, plusquam Romanorum insignis, in Templum, veri Jovis Capitolium, pompa deferretur. Enim vero cum Eucharistia, ut Anagrammatismus fert, sit <u>Cythara Jesu</u>, minimè potis sim, quin ea Cythara ad modulos Poeticos in tuas Laudes provocem, et ore Vaticano quasi futura saecla detegam, ac praeoccupem?

Ergo Deus, Deus ille olim tua Pacta rependet,
Quosque sibi Currus dederis, donabit eosdem
Ipse Tibi, ut possis celeres agitare per auras
Quadrijugos Volucres, Zephyrus quos Boreis adoras
Edidit ignivomos, albis victoria pennis
His addet stimulos, ut totum cursibus Orbem
Fama tui repleat, lustrat quà Phoebus Apollo,
Et Numen, Nomenque tuum modò pronus adoret
Turca ferox, truculentus Arabs, dein Afer adustus
Qui sis ut referas, Magno quo Patre Creatus,
Atque Atavos, Avitosque tuos Genus ipse Deorum
Et Deus, et Nomen, Scepra, cum Nominis Haeres
Jam Carolos reddens, jam Magnanimos Lodoicos;
Alphonsos celebres Bello, Egregiosque Philippos:
In casum decorant nec te tua Nomina, Princeps,
<u>Sextus</u>, et <u>Quintus</u> de Nomine <u>Ferdinandi</u>
Te vivente, iterum nobis vixisse videntur,
Hoc tua jam virtus, suadet Prudentia rerum,
Apparat et Laurus sudore virentia Serta
Debita temporibus, Magnisque immixta trophaeis,
Africa, quae cedet, Solymae, quae cedet Idume

Thracius, et cedet nova Romula Constantini,
Credo equidem, nec vana fides, quod spesque, fidesque
Vera Dei Monumenta docent de Principe digno.
Auspice vel Seniore Latae est habitura triumphos;
Sic sublime feret sublimi ad Sydera Curru
Teque, Triumque Deum, tenebris hac luce fugatis
Qui latitat niveâ Cereris sub imagine Christus,
Quem tua Rheda vehens, eadem donata vicissim
Ecce Tibi, meliore vehet de ad Sydera Curru.
Ità apprecor, ità spero, ità exit ut spero, et apprecor, et me, Serenissime Princeps, libellumque supplicem pro Tua Benignitate, placido prosequere, et accipe lumine: Sic in Hispaniae, Europae, quin et Orbis totius, Dominisque Christiani bonum quammaximum Restorator incolumis Annos agas, ut Tuorum (sed quis non Tuus?) omnium, inquam, sunt vota. Accij die Mensis Anno CIↃIↃCCXLVI.

Serenissime Princeps;
Celsitudinis Tuae addictissimus, humillimusque Cliens.
Dor. D. Josephus Antonius Peramo et Moron

el Pe. Vicente Diaz con importunidad me obligó á hacer esta Suplica, ó Peticion en nombre ~~del gran Majadero Se-~~ ~~rrano~~ del Racionero de Guadix Peramo.

Rafael de Cordova

Anathome Litteraria
de Nomine Ferdinandi VI

Corona Fernandica,

seu

De laudibus Fernandi

Sexti.

Anathome Litteraria
De nomine Fernandi
et ipsius nominis omen
In laudem Benignissimi Regis Ferdinandi
eo nomine Sexti

Ea fuit, ut credebant Antiqui, vis nominis atque efficacitas, ut ex litteris quibus nomen conflabatur, bona sors, aut iniqua in viros eo nomine insignitos derivaretur. ( ) Et ad id deliramentum deductum est, ut quo plures litteræ nomina componerent, eo validiores, et virtute præstantiores viri essent. Sic Achilles Græcorum heros Hectora superavit Trojugenarum decus, quod nomen Achilles pluribus constet litteris, nomen Hector paucioribus. Sed apage figmenta istæc, et meræ nugæ. Veriori etenim consilio, et auspicio saniori ego Fernandi nomen medullitus enucleo, penitus introspicio, et quasi anathomice disecabo. Adeste mecum animis D. Sap., et quot qualesque litteræ Fernandi nomen constituant præ oculis habeatis: indeque quid ex quaque littera virtutis et laudis Fernandi R. M. porrendatur jucundissime conspicietis.

Sed enim antequam hujus nominis virtutes, ac litteras seu potius notas perpendam ac expleam, nec mihi nec vobis, ut existimo, perquam molestum erit de litteris siglis, quibus utebantur Romani levi brachio ac perfunctorie tractare,

et ad breve tempus audire. Litteras ergo siglas legerant, quae sub una littera aut nota totum verbum indicarent; tritissimum vulgo illud est, de quatuor litteris. S.P.Q.R. in labaro vel signo Romani atque Sabini Populi praefixis ut hunc sensum efficerent in labaro Sabino: Sabino Populo quis resistet? Hunc Romanorum in labaro: Senatus Populusque Romanus. Seu mavis ex illis litteris Sibillinum exponere oraculum, eas litteras ita leges: Salva populum quem redemisti.

§

Quapropter ego ista praelectione contendam, Ferdi Fern, nomen totum ex siglis litteris coalescere, ita ut quaeque illarum quamque laudum eventurum Ferdi Fern, Regis exponat. Nec hoc genus dilaudationis mihi vitio vertendum est, quasi puerile et pene inane, namque maximo Patrono utar, et Duce qui praeeat, et vindicet. Is enim fuit Antonius de Bieira ex S.I. ingeniorum Phoenix et Apex, qui in illa satis numquam celebrata Panegyri numquam satis celebranda de laudibus S. P. N. Ig. de Loyola, hoc verbum Chasmâl totum ex siglis constare, et unamquamque litteram, et omnes simul totidem Beatos reflexare, et innuere quos Ignatius emiserat, oratorio acumine et simbolica erudicione comprobavit.

§

Ad quod magnum exemplar ego nominis Ferdi Fern, litteras explanabo.

Prima littera F. felicitatem denotat, et famam, et fidem, quas de tribus sic sine occinam.

Felicitas.

Quae bene conveniet cum nomine nominis omen,
si nota prima manet, sors bona et auspicium.

Fides.

Catholici nomen tibi littera prima notavit
Nam nomen dedit hoc intemerata Fides.

Fama.

Legibus in Latiis eadem est cum nomine fama,
Famaque Fernandi maxima nomen erit.

Secunda littera E exemplum designare videtur. Utilled hic suum quoque locum habeat; Regis ad exemplum componitur orbis. Regum enim facta anima sunt regnorum et leges, unde si in vitia proruunt quasi quoddam iniquum ius similiter agendi gentibus sibi subditis praebent. atque vates Hispanicus.

Sentavida culpable de los Reyes,
Los vicios no son vicios sino leyes.

Quod si non alia nisi exempla virtutum in Regibus perspiciant, accedunt, in eadem regnum tonum accipi videbitur ut ea imitatione compleat, atque repraesentet. Cumque tot tantas talesque virtutes Fernandus exerceat, bonus odor earum per spatia ampla regnorum diffunderetur. Exemplum.

Ergo Fernandum exemplum virtutis habere
Exemplisque sui sunt bona regna sibi.

Tertia littera R. Religionem indicat, eximium quem virtus in Rege est, ad id sublimitatis erecta est, ut nemini hac ex parte videatur concedere eaque existimanda est basis, et fulcrum totius felicitatis, atque adeo sortis optimum augurium.

D.n Luis de Ulloa famosissimo poeta Español en su admirable poema heroico La Rachel

La Rachel era una hebrea española, y la muger mas hermosa de ... el Rey D. Alonso el 8 ...

Religio.

Qui proprio Regi Regi Fernandus adorat,
Nomine sic gemino Religiosus adest.

Ar ex littera R Ferentiano Mauro, ac ceteris litteratoribus littera canina vocitur, id fovie (Ferd.do Auspice) Catholicis Religioni lauros palmasque promittit, Africanis e rebus reportandas in ipsius Religionis triumphos.

§

Quarta littera N cur non nobilitatem ostendat? Nobilitatem inquam quae non tam longa annorum serie, et regionum stemmatum innititur, et sistitur sed quae in animum derivata factum quodcumque insignit, et ornat, quaque generositate naturae, ut acta facta Regis quid pene divinum redoleant et sapiant. Atenim quia ad unguem Rex Fernandus confirmat Poeticum illud, et verum, et vulgatum. Nobilitas sola est atque unica virtus. quaequidem in Rege M, ita emicat et collucet, ut sibi subjecta regna admiratione suo lumine, ac splendore reddat nobilitata. Nobilitas

Nobilitant alios clarissima stemmata Reges
At Rex Fernandus stemmata nobilitat.

§

Quinta littera A, Amorem prae se fert et clamat. Amorem in Deum unde omnia bonorum fluenta emanant atque derivantur. Amorem in subditos regnaque, quos arctissime sua benignitate complectitur. Ut postmodum ferreis bellorum catenis ruptis, et fractis, honoribus bonisque ditet et cumulet.

Dudo, si este distico fuesse mio, o de Geronymo Zurita: pero estoy [illegible] en que lo [illegible] Rey Don Fernando

No obstante que ella era mui casta i honesta, vencido, que loco de amor la forzó a ser su concubina, descuidando en todo el govierno de su Reino, temiendo la perdición de él los Proceres, y Magnates determinaron matarla, y lo pusieron por obra dejandola casi muerta, sabidor el Rey de la tragica muerte, fuera de sí corrió a verla, la llamó, i ella la unica respuesta que dió, y que pudo dar, fue, la que da Fray Hortensio Feliz Paravicino en sus Obras posthumas, que corren con el nombre de Dn Feliz de Arteaga, y en un Romance en que afecta el uso de la lengua castellana antigua da assí la respuesta ella los sus verdes ollos, maguer quiso abrir, non basta; porque no le quede a Alfonso ni el color de la esperanza.

Amor

Nomen amor signat: Regno sit fauctus amoris
Imperat Hesperijs Regis amoris amor.

Sexta littera N. Nautica significat. Rex namque magnus cum mirando polleat mentis acumine, ingenij, ac prudentiæ luminibus, satis et abunde dignoscit, non alios Hesperici Regnis propugnandis, muros statuendos esse quæ bene adornatas naves, et milite et fulmine bellico, quibus totus subjugetur Oceanus fastusque Anglicus, Batavusque, eis vinculis quasi catenetur, et carceretur. Ut deinceps, Rege illud Non sibi usurpent et arrogent invecti ita in Hispana potentia. Non illi imperium pelagi sevumque tridentem, sed mihi sorte datum. Quæ enim obrem naves aparabit, et numero plurimas, et opere validas, et præsidio munitas, et Ducibus fortunatas, quibus sua semper bono tutetur, et vindicet. Nautica.

Multa ratis nostri præstet munimina Regni
Si ratis est Regnum Nautica cuncta regat.

Septima littera D. Divitias præsignare videtur. Divitias quas bona copia cornu Campos in Hesperiicos effundat et seminet. Quæ quidem sanguis circumfluens Regnorum, Regumque vigor, et nervus, et in ea toto mentis nisu Regis animus incumbit, ut hoc sanguine Regnum non sit exsuccum nec sine hoc nervo ac vigore Regia Potestas imbellis, et flaccida. Divitiæ.

Divitijs Fernande tuis tua Regna redundent
Rege suo Regnum sed mage dives erit.

Octava littera O. seu geminus orbis qui Fern.do submittitur indicabit, Orbis.

Scilicet hoc nomen Regis finitur in orbe
Finibus atque orbis Rex bene nomen habet.

Seu ponis litteram O. olivam pacis significat que felicissimo cultu, fructuque uberrimo Fernandus progerminavit, itaque Pallas armata exit, quando modo belligeratur suae hastae ictu terram ferit, et post geminos hostes debellatos speciosissimam pacis olivam facit erumpere. Si antea Britannicus seudo Neptunus ne pereat inimicus ira diceque equum produxit, qui injustissimi belli finis fuit. Oliva.

Post domitos Hostes nascetur pacis oliva,
Pacis et olivae Pax sacra fructus erit.

Vidistis Auditores Amplissimi, quanta qualiaque misteria virtutum suis in litteris Fernando nomen imbibat. Alia opere comprobata, alia spectatione certissima. Itaque Felicitatem illius in regno gubernando, minime dubitetis. Exempla clara virtutum imitemini. Religionem veneramini: Nobilitati animi multas gratias agite, plures habetote. Amorem suum redamate. Nauticam augendam, perficiendamque credite. Divitias inde nascituras persuasum vobismetipsis habeatis: Olivam pacis suis sub armis erupturam, et longa in secula duraturam spectate. Regisque Fern.do nomen supplices adorate.

finis.

Boni Ominis Laurus.

Maria Transfigurada,
ó la Transfiguracion de Maria.

Boni Ominis Laurus.

Prælectio Paranymphica, et auspicalis
Pro solemni inauguratione
Hispaniarum Regis Ferdinandi
eo nomine Sexti.

Ad Tibullianum illud

Laurus ubi bona signa dedit, gaudete Coloni.

Exordium.

Ecce post ferales Cupressos æternæ Lauri succedunt, at que mortuales Magni Philippi exequias, sollemnis Magni itidem Ferdinandi inaugurati consequitur. (R.mo admodum Pater &c.) Ea siquidem venturæ felicitatis Hispani Regni portenta. Cum enim prisci Romani Nuncium aliquem ad Rem publicam de victoria reportata mittebant, eæ litteræ quibus Senatum facie bant certiorem, Laureatæ litteræ appellabantur. Quod quidem nunc temporis cernimus accidisse, cum ex Hispania Carpetanorum litteræ venerint, quæ, tabellario Hesperiæ toti, quanta [illegible] est, signa [illegible] sortis nunciarent [illegible] Laureatam diem ad [illegible] generis amicitiæ decimam sub eam augustis[illegible] solemni[illegible] more Ecclesia Mater Victoriæ Natalitium Martyris Laurentii concelebrat [illegible] eâ ex causa et litteræ ipsæ Laureatæ di centur, atque Hispanus Heros Laurus sit, cujus ex augurio, Nos Felicitatem, quæ nobis tali Principe imperium gerente eveniet, æstimatores sub Commentabimur. Ergo si à Lauro ipsa Laurenti us nomen mutuo Laurentius Ferdinando Laurus erit, atque potiori causa Tibullianum illud militi [illegible] inveniemus

Laurus ubi bona signa dedit, gaudete Coloni.

Ad Tibullian, nuper pelasy Carmen.

Laurus ubi bona signa dedit, gaudete Coloni:
Et modo Fernando jam bona signa dedit.
... cremat ... Laurentem ... igni
Et Regi, et Divo sit Diadema parat:
... in ... Fortunatum omen habent:
... Laurus adusta foco.
... flammis ... Laurentius ignis
Sic Lauri felix Nomen, et omen habet.
Inque Rogo Crepitat quando Levissima Facta
... et ... fulmen in ore tonat.
... Rego Crepitat ... Levissima flamma.
... Memoria beata cremat.
Ore Crepat Laurens, nunc Laurens et crepat igne
... geminus Regis ad ...
Nempe die decima ... bina Corona
Mensis ut Augustus sit ...
~~Augustus ...~~
Rege novo Augusti, talis bene Martyre prisco:
Quod nova Regis idem prisca Corona ...
Una dies ... Diadema duorum
Signa ... jungit et una dies.
~~...~~
Sive, Enam, Fernande, ... Laurens
Annectat, nisi ... Regna Nova
Una, eademque dies ... Tempora Lauris:
Bina duplex ... cingere serta Caput.
Regia Laurus ... alterum Regia Laurus
Martyrium Reges ... Crea.
Hesperidum ... alter, et alter
Hesperi Rege sit ... et alter erit.

Es assi q la Gentilidad tenia por feliz Augu-
rio en los sucessos, quando el Laurel arrojado
al fuego resonaba con estrepito, q ellos llaman
mysterioso sin razon; i q en las mejores cir-
cunstancias con razon urgente lo debemos tener
~~tener~~ por tal; pues el dia 1o de Agosto desti-
nado para las Juras de nuestro Catolico Fer-
nando en su populosissima Corte de Madrid
es dedicado por la Iglesia al glorioso Marty-
rio del invicto Español Laurencio, cuyo
Nombre nos costea el mejor Laurel para
la funcion, i cuyo feliz Martyrio nos sub-
ministra el fuego, q es precisso para que
en la union del uno, i del otro veamos cla-
ras señales del faustissimo govierno, conque
nuestro Prudente Monarca ha de procurar
solicito las felicidades, e intereses de su Rey-
no. En primer lugar no cabe duda, en
q el Nombre de Laurencio, o Laurente (q
nuestro Idioma corrompio en Llorente, o Loro-
renzo) tiene su Origen de la voz Laurel.
Baste por prueba el passaje de Virgilio,
en q el Rey Pico le dio a sus Pueblos
el nombre de Laurentes por aquel Ramo
de Laurel mysterioso, el qual con el
tiempo se fue haciendo un plantio fecundo.
Assi en el dia q nuestro Rey se jura
buscandose el Augurio de su Govierno, halla-
mos, q es el Laurel, esto es Lorenzo, en la
dura Cratícula, i en la cruel hoguera

da las mejores señales para nuestra esperanza, i las mas abonadas fianzas para nuestra alegria. Laurus, ubi bona signa dedit, gaudete Coloni.

Ya dixe, q. consistia la Bondad de estas señales en q. se quemase el Laurel ruidosamente: porq. al contrario era aguero funesto, i ominoso si consumia sus verdes ojas sin ruido, i con silencio segun la Regla de Ovidio:

Haec crepat in sacro Laurus adusta foco.

He aprendido de Ludovico Celio, que el Laurel obtuvo el renombre de Daphne en el idioma griego con alusion a las buenas señales de su augurio, quod vocem edat crepitans: i q. mejor Laurel, q. el insigne Martir [illegible]; i q. fuego mas tyranico, q. el de su Martyrio. i q. voz mas valiente, q. la [illegible] yendo concedido al Barbaro para q. [illegible] de su [illegible] Cuerpo? [illegible] q. voz mas eficaz, q. la q. [illegible] mas estrepitosa quema el Laurel, q. nos facilita las buenas señales, que nos felicita los deseos, q. nos dispense los mas seguros, i jubilosos gozos. Tengo dificultad en aplicar a esta buena nueva [illegible] el verso con q. expone Alciato su ingenioso Emblema del Laurel

Praescia venturi Laurus fert signa salutis.

Este Laurel en la Jura, o Auguracion del Prudentissimo Fernando con el presente [illegible] es infalible Prognostico de la salud, de la felicidad verdadera, digamoslo enteramente en Castellano, de la verdadera: i assi repetire a los [illegible] de España, i de los dilatados Dominios de nuestro Rey Augusto:

Laurus ubi bona signa dedit, gaudete Coloni.

At hac erit, Auditores amplissimi, ut videamus
quot, et quanta salutis signa, et felicitatis laurus
ista ferat: ut videamus cuncta, videamus, insula-
itenim ex antiquorum monumentis edidici, tria-
ssitutus imperii primordiis laureato signo suscepis-
se: quod et maximo Regi modo evenit, ut itam
patrii jure ex ea lauro, quam Laurentius sua
luce protulit, et bona signorum, et regnorum
bona aequaliter portendantur. Cui indagationem
agat apud Plinium tum de lauri proprietatibus,
cum de illius, sive civili, seu morali significa-
tione primo limine inveniet, laurum et Victoriam,
et simul beatam Pacem innuere: quo quid conve-
nientius, aut opportunius, et rerum Statui, et rebus
Urbis tenius? adeo enim in votis est Hispanos apud
omnes, quod pax aurea succedat, et ferreum, ma-
lum bellum in mare Creticum, ut aiunt, abigatur,
et exulet aeternum.

A la verdad las ideas de nro Catolico
Rey, son las mas convenientes para el Reino, y
la felicidad de los Vasallos, la qual consiste en
desfrutar los opulentos, y los [illegible] bienes, que
trae consigo la bienaventuranza de la Paz ama-
ble. I siendo el heroicissimo Laurencio es el lau-
rel augusto, que con frondosidad adorna el cetro,
y teje immortal corona a las sienes de nuestro
prudentissimo Monarca, es preciso tambien, que a
simulo de tal nos de las fianzas mas seguras de
una Paz tan util, i tan deseada.

Assi sera glorioso fruto de este real laurel la
felicidad apetecida de la santa Paz. Pero como por
otra parte sea el laurel el mas expresivo symbolo
de la victoria, quando la equidad, i la razon arma
dando [illegible] Rey magnanimo desnuda el acero

contra sus enemigos entonces segaran desde la guarnicion hasta la puerta por la brillante espada las ~~tri~~ ramas triunfales del laurel, poniendo siempre trofeos, i victorias al corte agudo de sus esforzadas armas. Fuera de que si el laurel de Lorenzo en el dia de su martyrio por medio de tan ilustre victoria consiguio la inalterable paz de los bienaventurados, una vez que se declaro Lorenzo por laurel en la inauguracion del Rei Fernando hara, que la paz de suio venga, ò que le vatan la estrada, i sean sus aposentadores de camino repetidas victorias, como justas conquistas.

Sed ô lauri omen funestissimum et Hispanorum omnium suffragiis execrandum! Laurus arbor est infecunda, et ubicumque conseratur sterilis. At ex duo consortium amborum conjugio quid Hispanorum gens, quid votis, suspiriis, lachrymis expetimus, ardemus, deprecamur, nisi sobolem multiplicem, quae generosos, et augustos Parentes ad unguem, vivaque imagine referat?

No niego, que es el laurel arbol esteril, è infecundo: pero se tambien, que en toda especie de laurel no es propria la infecundidad. Aquella que quadra mas a la dignidad de mi argumento es la que produce en abundancia copiosa sus frutos correspondientes. Dice Plinio, que entre todas las especies de laureles solam.te la que se llama laurus regia laurel real està tan lexos de ser esteril, que antes bien ostenta annualm.te las razones de fecundissimo. Pues si uno, i otro consorte augusto e laurel + real por tan gloriosos titulos, si en el dia dichoso de su Jura tomo Lorenzo para si el ser laurel de nrô Rei, quien duda, que al influxos, al patrocinio, a la sombra de laurel tantas veces real sea à medida de nuestros votos la sucesion numerosa, i propagacion augusta. Fundando nuestra segu-

ridad en tan plausible razon, podemos justamente adelantar los jubilos, i repetir los gozos, repitiendo los versos de Titulo de Alciato:

Laurus ubi bona signa dedit, gaudete coloni.
Presaga ventura laudis fert signa salutis.

Enimvero, inquit Naso, videre mihi videor te concelebrasse laurum Cesareae domus protectricem, quae ante fores duas inter quercus propylaeum imperatorium ornabat: quasi arbor illa Jovem fulminibus minitantem exarmaret, totamque domum collocaret in tuto, et immunem a quocumque redderet periculo. Quid dicam de regia domo, quam non tantum laurus exornat, et protegit extrinsecus; sed enim tota ipsa laurus est sive Lauro dicata? ut eodem jure videatur, Laurentium Martyrem et maximum Regem in diversas sibi habere domos; atque eadem se ipsa protectrix, et protecta insimul habeatur. Ergo si ad Ferdinandum Sextum jura Lauri Laurentius transtulit, quidni ipse multiplici ex parte munus et officium agit et Protectoris?

I en lo que toca a mi amada Religion la Compª de Jesus con la dignacion mas estimable se ha declarado su laurel para defenderla de quantos raios dispare la emulacion en plumas, en lenguas, i en proiectos infructuosos monstruosa generacion del desatino. (Ni puede aver prueba mas eficazisima (a mi debil decir) ni mas elevado testimonio, ni mas soberano argumento, que la seria amante expresion del Soberano mismo acatado por la Veneracion, i obsequio de un Sugeto Jesuita. Estas son las ponderosisimas palabras: De quanto se habla de la Compañia, i los muchos emulos, que tiene, mas io sere su Protector; pues le debo mi educacion, y todo lo que se. Laurel infinitamente generoso, que sabe darse por agradecido al aborigo [illegible], aunque el cultivo, i esmero en la educacion su recto tronco, i sus pimpollos tiernos!

Sed cum litteris, que nunc [illegible] M. D. te-
nere in diuersa [illegible] menta [illegible] [illegible] [illegible] nauiuncula-
rum prescripta, [illegible] illud iussit decimam [illegible], alterum
undecimam, [illegible] quod [illegible] labor [illegible] uideret aerem ue-
rasse, neque ina [illegible] opera aut tempora lusisse, sed eadem
uisse.

Pero como el dia undecimo de Agosto este consagra-
do al Martir San [illegible], cuya aquel palestra, y feliz
natalicio, coronas in [illegible] fue, segun afirman las
historias Eclesiasticas entre [illegible] dos 18 [illegible], tiene por
[illegible] [illegible] la [illegible], o coronacion del [illegible] Fernan-
[illegible] laurel, con que se honran laurel, que pronostique
felicid[illegible] laurel, que con [illegible] ojos conserve verse nuestras
esperanzas. En fin [illegible] sido este solemne Acto en
dia de [illegible], o en dia de Tiburcio por ser la corona
[illegible] regio entre uno, y otro, no ai duda que entre [illegible]
[illegible] laureles se [illegible] hecho lugar el feliz [illegible], o fu-
Desde aqui [illegible] en pie como perora cion. aclamacion de nro Rei. Quare et [illegible] um pectora, et
ora in geminatas [illegible] acclamationes, et plausus, ut lau-
rus utraque bona, [illegible] omina [illegible] [illegible], et
prosperitatis quem [illegible] amoris [illegible] [illegible] in pectore
crepitet in ore. Ergo [illegible]; et vos [illegible]
Laurus ubi bona [illegible] dedit, gaudete Coloni.

Maria Transfigurada.

Beatus Venter, qui te portavit.

1 Es Paradoxa de la filosofia natural, qe en la prolixa su-
cession de los Años nievanaturalmente en el estio. No
[illegible]nero, qe fue nieve de milagro la qe os blanqueo en
Roma la alta cumbre del Esquilino para demarcar el
Justo espacio, qe ocuparia el futuro Templo de la Virgen.
Pero quando à aquella opinion, le aya de llegar su ti-
empo, si le ha de llegar alguno

Es Paradoxa de la filosofia natural, qe en prolixa sucession de los a-
[illegible] naturalmente nevara en la estacion del Estio. Pero quando à esta opinion, ô
[illegible] le llegara su tiempo, si acaso le ha de llegar alguno,
[illegible] la nieve, qe cayesse en el Estio, serà efecto de las causas ordinarias na-
[illegible], sin sacarlas de su quicio, ô curso ordinario. Mas la qe dio motivo à es-
[illegible] i blanqueo en Roma à 5 de Agosto, la alta cumbre del Mon-
[illegible] Esquilino para demarcarle el Justo espacio al futuro Templo de la Virgen
[illegible] un esfuerzo extraordinario de la Omnipotencia.

Referirè en breve el prodigioso suceso, qe aunqe mui sabido, deberà ser ba-
[illegible] de mi discurso. Estando San Liberio Papa al timon de la Nave de la Iglesia,
Roma, eran honras de esta Santa Ciudad un hombre ilustr. del Orden Patricio, i
[illegible] llamado Juan, i su digna esposa de igual Gerarquia en la Nobleza.
[illegible] ricos en bienes de fortuna: abundantes en los de la gracia: escasos en los de
[illegible] naturaleza; porqe la esterilidad de su Matrimonio les negò el dulce consuelo
[illegible] tener hijos, qe les sucediessen en el grueso fondo de sus caudales. Ellos
[illegible] eran solidamente virtuosos, enmendaron el defecto de su infecundidad con
[illegible] grangearse sucession mas dichosa declarandola por universal heredera de
[illegible] quanto poseian à la Suprema Emperatriz de Cielo, i tierra. Si bien solicitos del
[illegible] beneplacito de la Virgen en orden para el destino, i dispendio de sus haberes roga-
[illegible] con fervorosa suplica à la Sra. qe les declarasse qe obra qual seria la de
[illegible] su mayor agrado, para no retardar la execucion. Dormian los dos felices
[illegible] consortes, i en placido sueño la Virgen les instruyo la virgen en lo qe debian hacer:
[illegible] le edificassen un Templo sobre la Cima del Monte Esquilino, en qe aquel espacio
[illegible] contra las leyes del tiempo hallassen cubierto de nieve por la mañana. En ella
[illegible] comunicò Juan à Sn. Liberio. Este avia tenido iguales instrucciones, i juntos con devo-
[illegible] multitud del Pueblo trepan el collado: lo miran, i admiran cano en gran parte
[illegible] con la nieve. Diseñase el Templo: fabricase: llamase en sus principios la Basilica
[illegible] de Liberio: despues Santa Maria ad Presepe: al fin Santa Maria la Mayor.

3 Ni solo el Templo tiene 3 nombres: tres tiene tambien el Monte, que fue
[illegible] theatro del singular prodigio, i de cuya eminencia es descollado remate la fabri-
[illegible] del templo. Llamase el Esquilino, el Monte de Sn. Sylvestre: en lo antiguo
se llamaban Soracte los Romanos Gentiles. I no parece sino qe uno
[illegible] Poeta de ellos vaticinò sin saber qe vaticinaba este sucesso portentoso, quando
[illegible] cantaba en su lyra: Vides ut alta stet nive candidum Soracte.

4 La Virgen por este milagro de las Nieves, como dixe, tiene dos
advocaciones Santa Maria la Mayor, i Santa Maria ad Presepe. Santa Ma-
[illegible] junto en el pesebre, ô establo, qe fue feliz Oriente del Divino humano Sol
Xpto Sor.: i las dos advocaciones son una por las Nieves, tienen [illegible]

Almas ilustradas, i no despreciables historicos, que la noche, en que Maria bu
sca la infancia del Altissimo el ceño rigido de la noche ...
las campañas. Al menos el como cortesano, el Divino Mendoza en su
la Virgen dice con valiente hyperbole, que las nubes aquella noche
se llevar en copos se dispensan en excessos.
5 Pero aunque à la Virgen le corresponden las dos advocaciones
Sta. Mª ad presepe, ò Santa Maria la Mayor se tiene este reparo à las
las nieves, que blanquearon la pagiza techumbre del pesebre fueron natura
i por acuerdo assi, ... del tiempo. Las que oy se celebran por esta nobilissima
congregacion con cultos tan magnificos son nieves del estio, i de una
en que se hacen mui sensibles los calores, en Roma especialissimamente.
que tiene alguna proporcion nieve, que cae al natural con nieve, fue
en milagro.
6 Dire dos cosas, ò que el estio nevando en su calor rigoroso se ...
en invierno para verificar el titulo de Sta. Maria ad presepe. Ò dire
en el pesebre el invierno se hizo estio con la Natividad de Christo Ihs. ...
... yo si no lo huviesse dicho antes el gran Ambrosio. ...
... porque si quando Christo nace en el pesebre se convierte en es
el rigido, i aterido invierno; ya la nieve de la noche, en que Christo
... les nieve del estio, es nieve de milagro, como la que assombro
Roma, i venera el orbe christiano à 5 de Agosto.
7 Aun llamandose Santa Maria la Mayor por el titulo de Sta. Ma
la Mayor estamos tambien à camino para el assumpto intento. Llamose el
Templo Sta. Mª la Mayor, para que una Basilica que excedia à todas, que
... avia en Roma la V. en la novedad de esse milagro à todos ...
... avia en Roma la Virgen, les aventajasse en la excellencia del nombre
ut qua Basilica Novitate, ac dignitate miraculi caeteris ejusdem nominis ...
... praestaret, vocabuli etiam excellentia significaret. De donde se deduce, ...
que por el milagro de la nieve en el Monte Esquilino se llama Sta. ...
la Mayor: i debe deducirse que si el invierno se hizo estio con el naci
miento del Salvador venir ... : ya las nieves de aquel Diciembre
del Agosto, ya las nieves de aquel invierno son del estio: luego Sta. Mari
al pesebre aun por este solo titulo es Sta. Mª la Mayor.
Ahora algo del Evang.º Beatus venter, quit portavit, et ubera, quae sux
it. Bienaventurado el vientre en que estuviste. Bienaventurados los pechos de que
alimentaste. Este thema como se ha visto contiene dos partes, i el consum
de las dos esto se verifica solo de Sta. Mª ad presepe. Fundo esta reflexion, porque en ...
i el blanco purissimo de nuestra festividad. ... , que es la de las ...
... pesebre del Pesebre, junto al qual siempre presenta su Sta. de las Nieves. Mari
ad presepe se verifica este consumo. De unos lugares antes de la natividad, i de
es de la encarnacion se verificaba el estar Christo en el vientre de su Mª ...
otros despues de su Natividad se verificaba alimentarse de sus sagrados pechos
pero del pesebre, i solo del pesebre se verifica lo uno, i lo otro: ... el ...
... Mª al niño en el virginal ... antes de su alumbramiento ... el ...
... lo dio felicissimamente à luz en el establo lo alimento Beatus venter, qui
portavit, et ubera que suxisti Sta. Mª ad Presepe.
8 El Evang.º de este dia, i el dia de mañana que ... Gen ...
... Mañana se celebra la transfiguracion de Christo en el Thabor. ...
... à Maria transfigurandose, ò la transfiguracion de Maria. ...

De Laudibus Fernandi VI

... Maria transfigurada, ó en transfiguracion de Maria ...

De laudibus Fernandi sexti
Oratio 2a.

1.

Ergo ad Fernandi laudes iterum accedimus: quantumlibet tantæ sint, ut præ magnitudine, et pondere gloriosissimæ nos potuissent elinguare, [struck] (Rector amplissime, Patres sapientissimi, Relligiosi Iuvenes) enim vero quidquid cæteris in Regibus decoris, atque virtutis eluxit, quodque illos inter heroas collocavit, id omne mirabili quodam in compendio eximium Regem honestat, et ornat. Quem enim admodum vere novo agrestes apes, facto agmine, viridantia parata irruunt, floresque primum ambiunt susurramine, et quasi insidiantur; deinde insident, et è florum varietate, ac pulchritudine versicolori, quidquid mellifluum est, sugunt, et libant, ut mella, perfectissima dona, conficiant: sic melior natura ita animum Ferdinandi ditavit, exornavit, ac perfecit, veluti libatis cæterorum Hispaniæ Regum decoribus, atque virtutibus, quæ in uno sexto Ferdinando tamquam collectæ in unum, et [illegible] in auro inclusæ relucerent.

2.

Et quamvis is sit maximus rex, qui Alphonsos, Carolos, Philippos, Ferdinandos, adamussim referat, non patiuntur temporis angustiæ, ut totum per hunc campum liberrimus expatier; sed veluti coactis habenis, tota mihi cum Ferdinandis regibus extares, quorum facinora egregia Fernandus noster, apprime, et advivum expressit, et exprimit. Ego quidem, industriam illius pictoris imitabor, qui, ut imaginem sive Ellenæ, sive Iunonis coloribus variaret, pulcherrimas septem puellas p[ræ] oculis habuit, ut quidquid decoris, ac venustatis in unaquaque earum emineret, id ipsum in tabula penicillo exprimeret, ut species imaginis, et [illegible] admiraculum pulcrius [illegible].

3.

Deum immortalem! quanta emicuerunt, ~~[illegible]~~ Lumina, in Ferdinando primo nomine [illegible]: Primus è nomine, et rebus gestis magnus erat: tertius erat, et nomine [illegible] virtus: quintus

meritâ appellatione catolicus, et qui maximus factis consilio, prudentiaque siquis unquam Regum alius fuit, maximus fuit: et hi tres unum sunt, si Ferdinandi sexto mentis configamus obtutus; sed enim priusquam illos inter se componam, ac conferam, conabor ostendere, sextum Ferdinandum Ferdinandi quarti Castellae Regis malum factum, quo ille rex male audit apud posteros, quia fuit modo correxisse, atque emendasse. Quartus, Carvajales fratres, indictâ causâ ex rupe praecipites egit; et ab ipsis, et divinum tribunal provocatus, cito obiisse: Sextus vero Fernandus ex nobilissimâ Carvajalium stirpe binos fratres ad gloriae fastigium evehit, honoribus cumulat, alterum in sacro, alterum integro huic magna, difficilisque totius regni provincia mandatur, qua, si alter ille Hercules qui vicariâ potestate Herculem substituat: illi praetorianorum militum committitur praefectura, et inter Hispaniae proceres, summum ordinem, collocatur. Ita quod ille Fernandus malo praeproperaque percitus ira defecit, hic quâ potuit benevolentiâ exaltavit, et quicquid illius furor admisit, istius benignitas mirum in modum correxit, ut sibi suoque nomini, quo alter notabatur, consuleret.

Accedam ergo ad componendum, seu conferendum cum tribus Ferdinandis Magno, Sancto, Catholico Regem Maximum, cujus in virtutibus trinus ille Heros aspicitur Redivivus: sive Magnanimitatem seu Bellicam Virtutem sive Fidei propagationem, Relligionis que cultum Comparaveris. Quam enim ob rem, cum ego quantum his de rebus sextus emineat Ferdinandus, bene noverim, Virgilianum illud de ipso praedicem, quod sit Spes Altera Romae, id est, Romanae Ecclesiae clarissimum sidus, firmissimum Columen, atque fulcimentum

caecitat. — Maria transfigurada, ó la transfiguración de Maria.

Quæ cum ita sint duplici ex titulo, seu potius ex multiplici Eximij ires illi Heroes Ferdinandi Nomen maximis factis compleverunt; comprobarunt. Namque cum Nomen isthoc Ferdinandus ~~[illegible]~~ sino ethymo noscatur, utrumque cuiusque ex rebus ita convenit, ut nihil opportunius ad rem ipsam possit desiderari; usque adeo quid, quod magis Borbonio Heroi itidem conveniat, vix poterit inveniri. Ergo age altam Nominis Originem repetamus, et primam illustremus: Ea nimirum est, cujus vis, ac significantia Quod Gaudium fidei sit apud ipsum mysterio quodam præsefert. O! millies Fernandi Nomen Fortunatum! O! super Æthera Notum! Hoc Nomine Ferdinandus Magnus cognomine et Primus mille de Barbaricis Saracenorum signis trophea reportavit: Hoc Nomine Bæticam pene totam tertius Ferdinandus Cœlitibus adscriptus potius fidei ac Deo, quam sibi subjecit: Hoc Nomine Quintus, Catholicus Pontificio appellatus oraculo, totam Bæticam, cum Regnum Granatense fidei adjecit, Ecclesiæ, ac Religioni subdidit. Queis ex Victorijs, ac triumphis merito discernere possumus quanta fidei Gaudia apud ipsos hos Reges manerent, quanta eorum corda tenerrime titillarent, ac Radicitus inhærent. Quanta eas [illegible] esse Ferdinandos (hoc est, Gaudia fidei apud ipsos) quam plurima felicissime efficerent?

Videte jam, Auditores Sapientissimi, quam Fide, quibusque coloribus Sceptrum Ferdinandi in se ipso et illam primam Nominis etymologiam exprimat, atque Regem illius Herois perfectissimam referat imaginem. Siquidem quanta gaudia in Ferdinando Rege Fides obtinet? Quanta posteris temporibus obtinebit? Quanta de Fide propagatâ Sceptrus habet? Quanta de propagandâ olim habebit? O vere Regem antonomasticâ laude Catholicum! Re ipsa, et Nomine Ferdinandum!

Mecum, Meique enixe deprecor, ut totam rem perpendatis. Ego quidem existimo magno Dei Consilio effectum fuisse, Ferdinandum sua Sceptra capessere illo temporis, cum ad invicem ~~Hesperi~~ Hispani, Britannique, Fidei Defensores, dubio marte pugnabant, repugnabantque: ipsissimi quasi in hoc Regni Natalitio felicissimo Siderum aspectus habeantur, (Horoscopon ut vocant Genethliaci) contra Hostes Fidei, et Ecclesiae, Hispanos Arma movere: quos enim Hostes, et Adversarios Fides patitur eosdem eo sub Nomine sibi implacatae inimicos Dei, et Armis Ferdinandus reperit, se violatae Fidei Vindice, ac Duce, ut ejusdem Fidei Gaudium sit, agnoscitur.

Deinde: Vix alius Rex in Hispania fuit, qui proceribus, ac Magnatibus Regni comitatus, atque externorum Principum Legatis Rei Sacrae, Concionibusque exaudiendis adeo constanter, et frequenter adstiterit; quod, siquid aliud ad Religionis cultum facit, et Gaudium fidei, cum ex his seminibus projactis Magnae Fidei Leges enascitura sit, ex eaque fructus uberrimi.

Nec casu expressimo contigisse, ubi Regiam Magnus Philippus Hispali [illegible] consistens Fernandum hunc qui modo Rex est, et longos dominetur in annos, Sancti Fernandi corpori triumphali curru locato, compitaque per publica solemni pompa devecto, manum humerumque admovisse, maximo Hispalensium plausu, et augurio: quasi ea res id portendere videretur, Alter in Alterum Fernandum, ille in hunc, Tertius in Sextum, Sanctus in Benignum sua bona, et charismata transmiserit, atque Gaudia suae Fidei apud hunc, suumque corpus felix omnis, vehementem collocarit.

Et ex ista, seu transitione, sive traditione secundum Etymon Nominis Fernandi perspiciamus. Etenim, cum notione alia Fernandus hoc signet, cujus manus procul extendantur

ac sentiatur, videre mihi videor Beati Fer-
dinandi Corpus dum ab Asturum Prin-
cipe vehebatur, ita Prosopopeia sacra
et muta quadam voce, sive Principem
sive de Principe fuisse tunc tempori
allocutum ea de Apostolo verba quo-
dam sensu pro re, et tempore usur-
pans: Vas electionis est mihi iste, ut
portet Nomen meum coram Gentibus:
Nomen meum, dicere Fernandus,
id est, Gaudia fidei: coram Gentibus, ut
ad alias alio sub sidere plagas, Terras-
que repostas Nomen feratur et meum,
et suum, atque manus illius, qui Fernan-
dus pro ultimo Nomine comprobando
procul ò, procul et extendatur, atque
sentiatur.

Itaque, Auditores amplissimi, et
vobis, et Hispanis omnibus maximopere
Gratulor de Gaudiis tibi, ac Religionis
apud Fernandum Regem: Gaudeo de
Aeterna terra Ferdinandi, quae mirifice in
ipso exprimitur imagine: Vehementissime
Laetor de manu ipsius armata, quae
procul extenderetur, et sentietur. Enim
tandem aliquando sentiet Anglia, atque

.... transfiguracion, o la magnificacion de Maria ...

Ignis Fernandi Sexti manibus (ut longe-
fiunt Manus Regis) manus dabit, et [illegible]
ad Consilia aperiet viam. Sentiet Africa,
et quot apprime feraxque Palmas profert, Fer-
nandeis Triumphis destinabit. Sentiet Iberia,
et a Romanis fama iterum pristina deli-
[illegible] [illegible] ferreis vinculis, quibus [illegible]
catenatur, ad Gaudia fidei, Fernandi Sexti ma-
nu vindice, atque Auspice, iterum deveniet.

Dixi.

Alterna a Maria trasfigurandosi, ò la trasfigurazione da Maria. [illegible]

[illegible]

[illegible] [illegible] ... uicias exprimendas.

[illegible] ... ingrediens

[illegible] ... noces ... [illegible]

[illegible] ... cum sententia ... [illegible]

nunc ... [illegible] ... [illegible] ... men ... [illegible]

desegente ... [illegible] ... eam ... [illegible]

[illegible] ... dicta verba ... [illegible], non ... [illegible] ... [illegible]; ea nam,

... [illegible] ... deque ... [illegible] ... facultatem ... [illegible];

[illegible] ... [illegible] ... ad ... [illegible] ... [illegible] ... momento ... [illegible]

... [illegible] ... [illegible] ... ea ... [illegible] ... momento ... [illegible]

... At vero quidquid de eo ... certe nullus ... [illegible]

... [illegible] verba. ... [illegible] ... tenendo ...

... ut facula Septies ingrediens ... [illegible] ... eventus ... [illegible]

... [illegible]; cum nunc temporis videamus et ... [illegible]

... et ardentem velut faculam lucem emittere, et ... [illegible]

... [illegible] in ... [illegible], ... magis ... magis ... [illegible]

... [illegible].

... [illegible] ista:

Ardens ut facula Septies ingrediens.

... [illegible] ... [illegible] ... plausus;

... [illegible] ... [illegible]

... [illegible] ... sua ... [illegible]

... [illegible] ... [illegible] ... sua ... [illegible]

Hesperus [illegible], iam Septe repulsis,
[illegible] ut facula ingrederis, tua lumina spargis,
Et reseras totum modo, qui tibi subjacet orbem.
Phœbe tuas absconde faces, absconde minores
[illegible] tuas, geminos Ipse quas continet ambo
Nam majora tua in Rege hoc meliora videmus
Lumina, clara Solis referentia lustrantia bina:
Indefessa tamen quamvis ea nocte dieque
Irradient cunctas. Phœbe, quas Phœbus et Oras;
Sopitus amore perit, tamquam [illegible] lucet et ardet,
Hispan[illegible] sui ostentat Cera
Quæ neque flamma quidem quondam consumet vitæ,
Dum Hesperæus servat, teneræ servabit amore.

[illegible]

[illegible] por los ojos, y la fama por los oidos. Ardores luces de antorcha obtiene nuestro Insigne Monarcha en los felices auspicios de su govierno, que prometen en las mas seguras firmezas [illegible] las afortunados. Ardores dexe, y luces; ardores conque fomenta la decadencia de sus vasallos; [illegible] desmedidos de los pobres; Ardores conque [illegible] [illegible] a tener recto el brazo de la [illegible] se desiguale la valanza de Astrea; Ardores conque promueve los dictamenes mas oportunos a las utilidades de la Monarchia; siendo estos ardores mismos efficacissimos poderosos rayos que en horror estruendoso sean conflagracion acabada de sus enemigos.

Y si quiero beber [illegible] en hora las [illegible] y el cobra perspicacia la de mi vista para la veneracion de estos brillos, que en cuyos resplandores aun las Aguilas deben [illegible] [illegible] [illegible] de la [illegible] [illegible] comenzó [illegible] España en la prudentissima conducta con [illegible] principio [illegible]

Caterina a Furias [illegible] figurandose, o la transfiguracion de [illegible]

[illegible] lux retrorsado quasi [illegible] remeavit.

á manejar las riendas de potencia tan vasta el Augustissimo [illegible] Que [illegible] en su consejo? [illegible] los [illegible]? Que ideas tan condecentes al bien de los vasallos? [illegible] muchas y gran- des [illegible] esperanzas mas y mas [illegible] francia no [illegible] para el verificativo del [illegible] Ardens ut facula Se [illegible] ingrederetur bien sea te [illegible] Valerchias, bien de otro el natalicio de este glorioso Reinado que al tiempo en los rayos de la Guerra vindicaban, ó protegian los derechos ó intereses de Nra. España. Asi como el florentissimo Poeta Claudiano le promete á su Heroe fuertes proezas, [illegible] victorias, y gloriosos triumphos, Deluciendo [illegible] con feliz argumento que aun entre las [illegible] guardaba por los escudos [illegible] [illegible] los juguetes de su niñes, y el [illegible] belico ó dulce arrullo que [illegible] [illegible] infante le concitaba el sueño; [illegible] mismo [illegible] siendo [illegible] o primer [illegible] de Nro. Gran Fernando sobre los [illegible] de la Guerra, parece que por la razon misma el heroico sudor de sus vasallos, hábiles [illegible], [illegible] Campeones como [illegible] concurrirá á pre[illegible] inmensa de laureles, que adornarán al Grande Rey en campañas para guirnaldas inmarcesibles de sus Victorias.

[illegible] Sed ea est benignitas [illegible]

[illegible] quae pace [illegible]; ut [illegible] totius [illegible] gentibus á [illegible] exonerandis opus est, ut ad deam, nec tamen inhonorar, pacem inclinat, ex qua tot tanta [illegible] bona et [illegible] et Regno, et Deo [illegible]. Etenim [illegible] [illegible] [illegible] perseveremus, certo certius comperiamus [illegible] et [illegible] [illegible] Augusti [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] precem audiam.

Namque manus inter [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Nos pavidi trepidare metu, crinemque flagrantem
Excutere, et sanctos restinguere fontibus ignes:
At Pater Anchises oculos ad sidera laetus
Extulit, et Caelo palmas cum voce tetendit;
Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris ullis
Aspice nos, hoc tantum; et si pietate meremur
Da deinde auxilium, pater, atque haec omina firma:
Vix ea fatus erat senior, subitoque fragore
Intonuit laevum, et de Caelo lapsa per umbras
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.

Quid ergo? Ut Ferdinandi de apicem usque tempora flamma divinitus elapsa visa est lambere, eiusque totius intra [illegible] Regumque caput supremum longaevum solium sibi contribuere: hoc est, haec sub illa prudentia quae Ferdinando facta atque [illegible]issimo illuminat lumine, eumque inter heroas Regesque Hispanos facit [illegible] locum habere. Quam propter auxilium quod precabatur Anchises, nobis reapse datum est, atque nobis eidem haec omina sunt firmata: videns ut facem Seniores ingrederentur, quae [illegible]idem Ferdinandea facula ipsa, ipsa est de Caelo lapsa per umbras. [illegible] facem [illegible] multa cum luce cucurrit. De Caelo etenim lapsa, cum Rex bonus, dei donis perfectus, datus est Regnum [illegible] atque stella fulgeanam datam [illegible] est, ex [illegible] congruenter quoque convenientia et [illegible] forma illa verba Menorum [illegible] intra [illegible] adaptare; quod enim praestabilius aut [illegible] Fidei [illegible] quae castus et sanctus &c. Haec quoque stella seu facula [illegible] Caelo lapsa est per umbras, id est, cum [illegible] noctis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Calemne a Maria [illegible] Transfiguracion, o la Transfiguracion de Maria [illegible]

Caly su luz retrogrado qual [illegible] Vemeavit.

Si bien ay tambien tiene su Cielo, quando un Rey es Sol por su oficio que debe repartir benignissimos influxos, comunicados por la mano de sus Arbores, y Lucimientos à toda la circunvecinissima circunferencia de sus dilatados dominios. Y al paso que à penas ay Monarcha que los tenga tan dilatados como Nro. Aug. Fernando; à penas ay [illegible] à avido mas que los ilumine con sus exemplos, o los acalore con sus beneficios; de modo que como el Sol logra el gran titulo de Padre de los vivientes; Padre de los vivientes es el gran Fernando Sexto. Atiendese de su condicion benignissima, y la incomparable [illegible] de todas quantas gentes, ô Naciones viven en [illegible] en el prolixo Mapa de su Monarchia.

No [illegible] mi quiviera aun esta comparacion de [illegible] que se ha venido tan à las manos, olvidarme del Tema propuesto, pues [illegible] que no corresponde el atenuado espiritu de Facula ô Antorcha pequeña, al Luminar universal y lucidissimo del Sol: La que [illegible] la Philosophia Moderna reproduciendo con mas primor; y esplicando los Systemas de la Antiguedad, defiende que todo el cuerpo Solar no es otra cosa que fuego, que en el ay unas porciones que se llaman faculas y otras maculas: las primeras consumidos ya los vapores [illegible], solo se ostentan brillos y luces; las segundas son aquellas porciones [illegible] de los vapores mal consumidos del [illegible]; tienen con razon el nombre de maculas. Ahora bien Ardens ut facula Lampas [illegible] moderna esta facula de Fernando, esta luz [illegible] de su justo [illegible] Sol [illegible] consumiendo con la [illegible] de [illegible] amanar de su [illegible] unos Rayos, ya [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] Fernando [illegible]

[illegible] marcha [illegible]

[illegible] pondremos [illegible]

[illegible] y [illegible] [illegible] Rey [illegible]

Sol, que como el [illegible] mismo [illegible]

[illegible] que no se mancha [illegible]

a cuya causa por tantas razones vemos cump[illegible]

acaso de [illegible] [illegible], [illegible] que al menos

estas [illegible], Ardens ut [illegible] [illegible] [illegible];

Qua propter &c.

[illegible] numine quo veritatem perfruimur, de ardore quo amar[illegible] [illegible] [illegible] et [illegible], facile [illegible] [illegible] [illegible] maximopere [illegible] [illegible] graves agamus, ad id enim exequendum [illegible] [illegible] et amor [illegible] nos provocat. Regna Hispanica [illegible] [illegible] amarem [illegible]. [illegible] sic de aliquo [illegible] [illegible] obtinere.

———— [illegible] est

Regnorum sub Rege novo [illegible]

De Ferdinando quam maxime [illegible] poterat? De quo [illegible] [illegible] [illegible] ita [illegible] [illegible] Homerus.

———— [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Sicut perfecti Regis qui numina curat

In multisque [illegible] viris jura aequa ministrat,

Ipsa illi tellus nigra [illegible] atque benigna

fert fruges [illegible] et omnis arbor onusta est,

Proveniunt pecudes, suppeditat mare pisces;

Recto imperio populi sunt tota beata &c.

Sic dixit Homerus. Sic ego de Ferdinando Sexto.

[illegible]

~~Sermo~~ Pro Alexandro
Magno
Vindiciæ
Oratio Va.

Id fuit insignium virorum fatum, ut aliqua eorum gesta aliquibus
visa sint indecora; quamvis reapse non dedecori, et vitio, sed merito,
atque laudi verti ipsa deberent. (Rector &a.) Non ergo * repugno,
multa multis in Heroibus inveniri, quibus illustria eorum fa-
cinora infuscari, et quodammodo deturpari videantur: neque
ab ista nota, turpique vulnere Alexander ille Macedo Impe-
ratorum fortium apex, et primicerius omnino liber evasit, ac ex-
titit incolumis. Cur negem? Hoc ipsum lubentissime fatear; at
vero aequitas id sibi exigit, ut justum ab injusto, heroicum a turpi, ho-
nestum ab indecoro propriis cancellis, ac limitibus secernatur.
Certo certius homo fuit Alexander, et multa se in vitiorum offen-
dicula praecipitem egit, in quae naturae humanae conditio (ut in pes-
simum quodque prona est) ea liberrima animi regii sublimitate sti-
mulata, et victorialibus lauris pene ebria, suo pondere propende-
bat, et humanitatis labebatur. Sed enim nonnulla Polyticorum, aut
Historicorum censoria virga in Macedone reprehendit, aut obelo no-
tat indigno, quae si maturius perpendantur, et ad juris, et aequi tru-
tinam examinentur, nihil erit, cur ea ex parte Heroem tantum, ta-
lemque, quasi iniquum agentem, indeque toto Caelo a decoro aberrantem
nos severi nimium judices incusemus. Lege, perlege Scriptores quos-
cumque de rebus Alexandri tractantes, et dum ad Cliti mortem perve-
nerit, quo caractere, quo schemate Macedonem depingunt? Seu
potius, quibus diris, aut quo scommate impetunt, ac devovent? Ibi
videas iracundum, ac ebrium, efferum, ac immitem eum appellare,
qui amicum, qui collactaneum, qui validissimum militem, qui stre-
nuissimum Ducem furore percitus exanimavit; et quod majus est, ut
immanitas ejusque major sit, arrepto telo, propria manu transfixit. *
Ergo crediderim eum ingeniosum hispanum virum, qui sibi partes
suscepit de erroribus eradicandis vulgaribus, et de quamplurimis He-
roibus defendendis, et vindicandis, suis in Apologematibus nullum
Alexandro locum tribuisse, ut quam juste Clitum occidisset, omni-
bus fieret palam, nec immeritum Regem dehonestarent. Ergo

* Vel non Ergo

* Magister Feijoo.

quam ille Provinciam reliquit intueam: ego facili negotio, ni egregiè fallor, suscipiam, et defensionem pro Alexandro Clitum necidante, contexam: sed antequam ea depromam argumenta, quibus res tota fulciatur, ut à meâ sententiâ steti, seriem istius facti perprius enarrem, ut ex Plutarcho didici, qui hâc in re exponendâ, plus quàm cæteris extitit diffusius; quam cum audieritis narratiunculam, eadem eam ipsam vadem offero, ut quantum sit rationis in Alexandri causâ perspiciatis.

Postquam ad regias dapes conviva Clitus venerat cum Persicis, Macedonijsque proceribus, et Rex, et qui Regi aderant omnes ultro, citroque alternis ore, et manu hilaria pocula redebant, excipiebantque; ut moris est, nescio quis Græcorum, Alexandro jubente, inter epulandum cantitavit; at seu jussu, seu casu, satyrâ quâdam, nec illepidâ, nec insubidâ quorundam è Macedonibus Ducum pupugit ignaviam, qui prælio cum barbaris conserto, turpi quondam fugæ terga dedere. Audijt Clitus, et tulit ægerrimè, vinoque accensus, et irâ, indigna hæc, indignataque verba malesanus effutijt: O te bonum Regem, tuorumque amantissimum, qui te divinâ stirpe prognatum mentiris, pavor iste, quem nostris adtribuis, is timor, isthæc ignavia, quam injustis sannis prosequeris, tibi tibi ipsi reliquerunt in vivis, et ne ad plures abires in causâ fuerunt, cum ad flumen Granicum tua jam Spitridates hostis penè terga videbat; cruor effusus, et infinita propè Macedonum vulnera, victoriæ vitarumque pretio emptæ ad id te extulerunt insaniæ, ut te esse hominem contemneres, crederesque Semideum alto à genere Jovis. Reposuit Alexander: quo te Clite malus error, aut furor arripit? Quæ, et ad quem, et ubi loquaris, meditere; quæ vixtuna est, et erga me fides, ac amor, qui exemplo improbo meos rapiat in seditionem? Tunc Clitus: ergo hæc erit et decus, et palma laborum, ut tibi jam timidi, ac ignavi videamur? Vix à telo, et vulnere cohibuit manus Alexander; at Clitus magis, atque magis actus in rabiem, probra probris voce incondita addebat. Cur liberos, o Rex, homines ad epulas vocas, cum inter barbaros, servasque animas tua gaudia jactas, et ostentas, ut te inclinari, atque humiles adorent, et undantes istas vestes, candidasque zonas more persico, cingere-

cingulo colliges? Non ab injuriis verbis minimum temporis cessabat, nec patientiâ Regis abuti, donec iste, justâ percitus irâ, telum arripuit, inimicumque confodit pectus, ne posthàc dicteria isthæc conjiceret in Regem.

Quis vestrum, Auditores amplissimi, non dignoscat, quot, quantaque, et quàm variis Alexandrum commoverint, ut jure, meritoque in eam vindictam, et sibi, et rationi, et rerum statui minimè dissentaneam, exurgeret? Scilicet Alexandrum tanquam superbum arguit, et vellicat, qui se Jove natum, si minùs credidit, saltem evulgavit. Deinde tanquàm injustum, crudelemque objurgat, qui populares suos verbo, factisque malè habeat, ut barbaris morem gerat. At quòd injuriæ genus vobis videtur, cum et effrons, et excors fortissimo, heroicissimoque Regi exprobrat, et improbat, ipsum in Spitridatis conflictu penè meticulosum, ac ignavum se gessisse? Postremùm quòd magis justas asperat, et acerbat Macedonis iras, ergo ad magis eum se ad pœnas de Clito reposcendas impulit, ea publica fuit Authoritatis violatio, et imminutio, exercitu coram omni, sive cunctis agminum Ductoribus. Neque præterire silentio velim, maxima in Clitum beneficia Alexandrum cumulasse; Atque ut sententia est Valerii Maximi: Nulla est intolerabilior contumelia, quàm quæ pro beneficiis rependitur. Quæ cum ita sint, non erit, cur et iræ Alexandri, et ebrietati audaciæ Cliti mortem + imputemus, sed rationi, seu justitiæ, sed vindictæ æquanimæ, ut sartatecta, inviolataque Authoritatis jura conservaret. Multa equidem objecit Clitus, falsa alia, alia, tametsi vera, ejusmodi erant conditionis, quæ Alexandro dissimulari debebant, cum totus quodam polyticæ colore, ac umbrâ moveretur, ut se genitum Deo fateretur, et barbarico habitu indutum se continuò ostenderet. Enimvero quamvis ea omnia in quæ Clitus erupit, vera essent, quòd jus, quæ authoritas in subditis erga Reges ubique locorum inveniri potest, queis quæcumque rogant, publicitùs exprobrent, et malè nominari, ominarique verbis diffamen, ac contumeliis afficiant?.

+ necem

At verò Clitus amicus erat Alexandro, at collactaneus erat, at ipsius tutatus est vitam, Spitridate urgente, ac instante; vera nimis, vera sunt, at nullius jam roboris ea existimem, cum privam amicitiæ legem Clitus pessundedit, cum Majestatem regiam minimè fecit, nutritionis necessitudinem contempsit, et quod fecerat antea beneficium enervavit, et velut adimere visus fuit.

Etenim si in rebus humanis, nihil est aliud,

quos plus merearis exprobrationes, quam honos, qui quamvis sit ipsi comparetur, procul dubio primas partes illâ occupabit, quod bene factum Clitus in Alexandrum convertit, cum vitam dederit Serenius, si honorem postmodum ademit injuriis? Cumque nihil praeferant homines pro vitâ et salute tuendis, quid pro fama et honore servandis? Quos ut intemeratos, illibatosque servaret, nulla alia Alexandro via relicta est, quam ferro, et vulnere, et morte rem decernere.

Videre mihi videor quosdam objectare potuisse, nullam in Alexandrum contumeliam expuisse Clitum, cui pes, caputque labebat, et mens tota in scyphis, atque poculis immersa erat. At imperatorum authoritas, Regumque Majestas, et qui iisdem comes adest individuus honos, ejusce delicatissimae sunt conditionis, ut vel ab ebriis, amentibusque quidquid indigno ore audacive manu dicatur, aut fiat, nefas est, quod alte dissimulent, et impune tolerent, ne exemplum quondam inultum, ad simile quid perpetrandum ansam praebeat, ceterosque rapiat. Nec posteriores historiae nos deficient, ut Alexandri factum hâc eadem viâ excusemus. Capoquius fatuus Parisiensis in Henricum II Gallorum Regem gladium strinxit, et ille unus irreverens motus, aut gestus (stultitiâ aggressoris vel cordatis ipsis incassum obtinente) dignus habitus fuit, ut Regi poenas daret, reusque capitis damnaretur. Deinde Alphonsum Marchionem Ferrariensem, cum Bononiam triumphali pompâ ingrederetur, amens quidam gladiolo pupugit, et tamen Senatui populoque Bononiensium visum fuit, illud hominis fatuum, sapientemque capite plectere. Quid de te loquar, o Ferdinande Aragonum, et Castellae Rex, cui Barcinone homo beraceus, et mentis impos auriculam acinace divisit, et pene loco dimovit? et vel te nolente quamvis eum â praetorianis militibus tutatus es, Barcinonense tribunal ultimo supplicio mulctavit.

Nec dum cesas, severe Censor, ut Alexandri gloriam obtenebres; indignum Rege Maximo inquies, lictorem vindicemque agere, et suâ manu, telo quemquam confodere. At non indignum reputavit Homerus, non Aristoteles, non Antonius Mirandulanus, non Ciriacus Strocius, qui hâc in re Principes excusant, si res subitaria, et [illegible] suas manus exposcant [illegible] armaque arma, in eosdem exurgant, et vulnera praesertim tempore belli, quo [illegible]

alias, effrenem militum, et Subditorum licenciam compescere debebunt ac coercere. Quem regebat exercitus Carthaginensis Hanibal, tot diversis diversis nationibus dispar erat, et discolor, ut cunctis in universum, quâ arte, quove pacto tam vastum corpus, tam varium, tam multiplex admini... num Africani nutum dociliter obsecundaret, et facile. Nec tamen aliâ, nec alio coercuit, cohibuit, frenavit, quam severitate nunquam laxatâ, aut rigore nunquam laxato, ne unquam illorum aliquis in ipsumet Imperatorem irreverenter se gereret. Unde cum Macedonius Alexander se videret in angustiis, quibus difficile extricaretur, ni quantocius Authoritatem defenderet, et exempli gravitatem vindictâ obliterarer, et Clitum e medio tolleret, se ipso, cum non esset lictor ad manus, nec satelles, noxium semen seditionis forte pullulantis suffocavit: extrema enim extremis curanda sunt, cum morbus insolitum ingravescit, et ad tardiora medicamenta aditus praecluditur. Hic locum habere videtur ea Cornelij Taciti paroemia: habet aliquid ex iniquo omne malum exemplum, quod contra singulos utilitate publicâ rependitur. Et certe plura licent, et gerenda sunt Imperatoribus, dum opus belli fervet, quam cum in urbibus omnia composita pace quiescunt. Antonius Primus, Dux agmine facto, in Cremonam pergeret, Aquiliferum, qui jussis parere renuebat, hastâ transverberavit, et toto exercitu judice, dignum re laude opus effecit. Diocletianus Imperator, vix ad solium evectus Flavium Aprum Praetorianorum Ductorem occidit in Numeriani Imperatoris vindictam, tradito, ut ajebat Tacitus, Principibus more, in praesens, monimentum ultionem in propterum; quod si Romano Imperatori ea licuit vindicta pro altero, cur eadem non liceat Macedoni pro se ipso? Et Farnesius ille alter Alexander nomine ac gestis rebus gestis, seditionem compressit militarem, dum impacta bipenni, Gregarij militis caput fecit bipertitum; ea namque omnia Imperatores decent, et licent, ut se suamque authoritatem tueantur?

Tandem nec hilum moveat à sententia, quod postridie Alexander lachrymis, luctuque maximo dies aliquot integros amici funus prosequutus fuisset,

1
re
male
gestam,
siccine
omnibus
declararet.
Ego tamen non
regem Alexan-
drum in lachry-
mas abiisse, sed
tunc naturæ emit-
tebat habenas, et
amicitiæ ante actæ;
benè enim callebat,
quid debuisset naturæ,
quid authoritati, quid ipse
Clito, quid Clitus sibi ipsi
deberet; Sic Nero initio regi-
minis, cum optimus videbatur
Imperator, damnare reos dole-
bat, sed et dolens damnabat;
Sic Brutus et torquatus postqu-
am filios obtruncarunt, cruciatio
angebantur; alia namque est ami-
ci, et Patris natura, et ingenium, alia
Regis, et judicis conditio; illa amat, hæc
pu-
nit,
illa di-
minuta
dolet, hæc
severita-
tis justæ
leges non
dolet; ergo
his omnibus
rite perpen-
sis, fas erit,
(sapientissi-
me Patres)
ut Neronem,
qui se de Clito
inexito vindi-
cavit, nos quoque
de obloquenti-
bus scriptoribus,
iniquè factum carpentibus, vindicemus. Vos interea deprecor ac obtes-
tor, ut exercitationem istam, et quam vocabant Rhetores coloratam
controversiam, pro quali quali stili nostri indicio, æqui boni
Consulatis.

P. M. Raphael de Cordoba.

Vindiciæ
Alexandri Magni.

En iterum amplissime Sen.r Sapientissimi Patres,
[illegible] Iuvenes; en iterum Macedo Alexander sup-
plex sistitur ut causam suam, et agat, seque a ca-
lumniatoribus impetitum collocet in tuto, propriaque in-
serviat honori. Etenim postquam dies dictus fuit,
non deserit vadimonium, sed antea ea defensio-
ni id assequuta est, ut simul his in aliis quibus
praeacerbitate careant, sibi consulat, et prospiciat.
Ergo qui meliori calculorum numero in occisione
Clytii declaratus est insons fas erit, ut de Bestia-
lium, barbaricisque moribus, quibus Arsacidas postquam de-
triumphavit, suo usu frequentibus, delegatisque sibi arro-
gata Divinitate, vobis Iudicibus, iterum absolvatur.
Quare in duas partes orationem divisam esse
oportet, utraque utraque crimina diluam, pri-
ma primum, secunda alterum.

Etenim si forte fortuna Regum, aut Impe-
ratorum aliquis alienum irruat in Regnum, et
armis occupet, vectigalemque suo addat imperio,
Iudices Vestrum, gravissimi Patres, ibit inficias, eum
ipsum postquam populum bello subegerit, id sibi
colliberet debere, ut prius, et potius animis
et affectui imperet, quam [illegible]
quod si ex assequatur neque alia melior
via relinquitur ad conservandum
pacate, et diutius, quod per vim acquisivit,
et violentius: industria enim suavis, et bene
cata Prudentia quicquid odii, aut invidiae ca-
serum [illegible] emollit, et temperat.
Quod ad nimis propterea nil potest exco-
gitari conducentius, quam peculiares Nationis
leges, et scita [illegible] immutare, imo
easdem firmiter servare, tenaciter confir-
mare: vix enim ulla est natio (Philippus ait
[illegible]) quae diu ferat peregrinum imperium

Nec si ferat, aliter bene fiet, et diu, ni externus
Princeps, qui jugo insueto publicam rem modera-
tur, et regit, more, ~~[illegible]~~ et ore habitusque Nationis ejusque
Popularis, ac conterraneus esse [illegible] mag-
netismum nescio quid ea [illegible] humanitas, ut
virorumque corda aureo vinculo illiget, illigataque
prope ~~[illegible]~~ retineat aeternum; at praepostera,
inhumana et verum et legum immutatio, caeterorum-
que quibus Regnicolae perpetuo assuescebant, non
cohibet animos, sed effrenat; non emollit, sed
indurat: non temperat, sed irritat.

Quapropter dum Superis visum fuit Res
Asiae Dariique Gentem libere[?], Philippique juveni
submittere, non ~~[illegible]~~ erat absonum, imo con-
sentaneum, Macedones Persasque adeems[?], animosque
sibi devinxisse, et conciliasse dux Persico ha[bitu]
sese induit, ostream[?] et coronas, flexamque ge-
nuum adorationem admisit, ne a [illegible] Gene-
Arsacidarum more ~~[illegible]~~ tamen vinceret [illegible]:
Non is sum, qui dubitem ~~[illegible]~~ plus tuti[?]
novo Alexandro imperio conservasse, si patrias
Persarum leges deleret; si ad Macedoniam obse-
quendas cogeret: si Caeremonias, si majorum
ritus patrii tolleret: si totum, ut ita dicam
Graecum se ostentasset; nec se plurima Persa
simulasset. ~~[illegible]~~ animis [illegible] regiisque [illegible]
[illegible] olim Natio Gallica Hispanaque summas
ardebat in iras, antequam Gens utraque se
se artissimis necessitudinibus copulasset; quod
si eo temporis Alteratteram devicisset, om-
nesque alterius Provincias altera usurpasset sive
Gallicas, sive Gallus Hispanicas, nihil durius
esset iis Gentibus, [illegible] simillimis quam si
Hispanus more, modoque Hispanico se osten-
tasset [illegible] atque Gallus [illegible] Franci-
cum factavisset Madriti: at si utrque [illegible]
teris et Moribus et Legibus gaudere [illegible]
[illegible] patriam Naturamque exponere [illegible]
[illegible] Gratiam [illegible] ad [illegible]

Et ... Nationis laudibus cumulare.

Nec Alexander, qui cunctis [Persis] quæ ibi Gallis, Hispanisque se prodiit, dignus est quem Politicorum Natio plenis ut ajunt, buccis interpellet, ac reprehendat. Et licet Macedones obloquerentur, [et exasperarent] sive novas vestes, seu mores insolitos sive incurvati supplicis obsequium, id omne quod ægre ferebant, atque vellicabant, in eorumdem honorem, ac decorum, si saperent, recidebat.

Nescio, si fortasse Livor nomen contulit Historiographo Livio Patavino, cum ~~immerito~~ de Maximo Alexandro ista hæc verba protulit immerito: Referre in tanto Rege piget superbam mutationem vestis, desideratasque humi jacentium adulationes. Et num te invidiæ stimulus agitet, et incitet, Livi Romanorum Scriptor, cum pudeat referre Asianorum erga Macedones adorationes, quando easdem, aut similes imperii temporibus Romani Imperatores excipiebant, ipsissimi nimirum, quos undequaque dilaudas, quosque semper magnificentissimos celebras. Neque illa ex parte alia Macedonis mens erat, quam ea omnia, quibus Regia Principum Authoritas in Persis dignoscebatur, [servare] ~~[illegible]~~ retinere, ne eosdem haberet aversos, sed potius erga se devotos, ac benevolos. Hunc in finem sese eorum vestibus ornat: hunc in finem Persicos mores adsciscit: in hunc eas sibi adorationes procurat: in eumdem Darii Filiam accipit in conjugem, Græcisque Proceribus illustrioribus centum ex Asia fœminas maritat: quæ quidem omnia meliora opportunioraque vincula censuit, ut Asia committeretur Europæ, Europaque Asiæ. Nam insigne illud Xerxis deliramentum, quo ponte injecto utramque colligaturum saltabundus, et excors gloriabatur.

Et ~~certe~~ quidem utile quid, ac facile habetur animos subditorum, aut hostium humaniter vincere, et amicè vincire eo genere Comitatis: cujus exempla plura omnibus retro seculis perscribunt Historiæ. Antoninus ille Severus Romanorum Imperator, ut Germanos sibi devinceret, Germanico habitu videbatur. Herodianum, precor, audiatis sic de illo loquentem: Sese etiam Romano cultu deposito Germanicam vestem induebat, atque in eorum sagulis argento variegatis conspiciebatur, etiam flavam capiti cæsariem imponens ad modum Germanicæ tonsuræ, quibus rebus Barbari mirificè eum diligebant: gaudebat etiam Romanus Miles, quem ille amplissimis largitionibus prosequebatur. En quod severi seculi sive obstrepentes Oraculi in Alexandro detrectant, Romani severiores in Antonino Severo non tam tolerant, quam amant, et efferunt: et Bipedum quisque, ni forte Mens sibi cæcutiat, pariter collaudabit. Si quid (mihi credite) erat in Asiaticis, quod Macedonis armis adhuc non esset detriumphatum (ut ferè semper sunt victorum animi ergo victores) id omne Alexander his humanissimis moribus, et quadam sublimitate Regiæ Politicæ, meliori bello, ac potissimâ vicit, et triumphavit.

Nec me docent superiora: hujus recentia adsunt exempla, quæ Macedonis causam nobiliori patrocinio confirment. Vel hodie nunc Bellum fervet, ~~..~~ cujus initio Austriaca Princeps sinistræ sortis aleam fatigari experta fuit; hinc Bavarus irruebat, et Gallo vires sufficiente Austriam devastat, et capit, Bohemiam occupat, Rex inauguratur: illac Borussiæ Rex Silesiam premit, suoque adjicit Imperio. Quid faceret Herois Augusta, sic verso rerum cardine, et ordine, ~~ad~~ eousque ad angustias reducta? Ergo

Confugit ad Pannoniam, ut se ab imminenti, formidatāque suę Regię expugnatione liberaret, et opportunum rebus in arctis, ac pene deploratis auxilium, nervosque Bello repeliendo, aut continuando exposceret, et invenit. Ecce exposcit, invenit, et totius labantis Regni Hungariae fulcrum fuit, ac sustentaculum. At quā Arte Pannonum animos, et oculos commovit, allexit, et mulsit? Certè non aliâ, quam istâ, scilicet obtulit spectandum Filiolum Biennem Archiducem Josephum Regnorum successorem statim indutum Hungaricis: longior tunica pedes ad imos defluens, cingulo adstricta, e ~~[illegible]~~ lapsis Manicis, moreque gentis illius Pileolus tegebat caput atque ornabat. Neque potentius Reginae pomum telum contorquere, ut sese subditorum cordibus infirmaret: nec Hungarus fuit aliquis, qui non toto pectore, et mente Maximam in Belli gerendi subsidia decerneret, et ~~Arma Arma~~ accensus pro Austriacae domo tuendae Arma Armo sonaret. Ite nunc Maligni ~~Magni Alexandri~~ Detractores, et vester Magni Alexandri Persicas carpite, seu potius inimico ore discerpite.

Iterum quod Macedoni exprobratur, erat, e Jove Ammone Natum jactavisse ingenii per naturę humanę contemptum, atque [illegible] Parisinjuriam: Jussi hominem ille nollitur, et Deus esse Maluit. Quod quidem etiam historicus Patavinus objecit cum vanitatem ementiendę stirpis in Alexandro irridebat. Ego ut ista tela hebetem, et confringam, tantum admoneam Macedonem quamvis homo erat emunctę naris, et pene incredibilis animi sublimitatis, ingeniique ad res magnas aptissimi, tamen gentilitatis tenebris obductum, et ferme obrutum, famęque, ac glorię maxime fuisse cupidum: quas velut Idola unicè adorabat, atque colebat: eaque propter quidquid id sit de Divinitate sibi conficta, arrogataque non adeò dedecet Ethnicum hominem albę sortis favore ebrium ambitiosius: pręsertim cum non ipsum lateret, et Jovem, et Bachum, cęterosque fabulares Deos non nisi homines fuisse, quos ob res pręclarè

gestas ad id honoris, et cultus cæteri homines exercere. Quæ cum benè calluisset, quid mirum, quod suis maximis facinoribus perspectis, et quæcunque priscorum Heroum grandis se in album istorum voluisset referre, et hac humanâ, ut ita dicam, Divinitate ementitâ se illis conferre, aut superare si posset. Et cum usus fuit Aristotele præceptore, simile erit verò ab eodem hausisse quidquid ille de divinâ Unitate cognoscebat, et de confictâ Deorum multitudine existimabat.

Deinde: non tam Alexander illud de suâ Divinitate confinxit, quam passus est ab adulatoribus, sive ab hominibus tot, tantaque facinora obstupescentibus identidem evulgari: ut famæ inserviret (verba sunt Taciti de Corbulone) quæ in novis cœptis validissima est. Certus erat Indiam subjugare, totumque Orientem, quem ~~Bacchus~~ Bachus olim armis, famaque nominis subegit, et ob quam ea gens Bachum retulit inter Deos. Quapropter cum Jovis Sacerdos eos se Jove genitum eum prædicaret, mendacio quodammodo induxit, ut fama Divinitatis effictæ vires acquireret eundo, et sui, et armorum prodromo nationes maximè credulas solo nomine vinceret, ac prosterneret. Hispanus ille Heros non satis laudatus, nunquam satis laudandus Ferdinandus Cortesius, cum Mexicanorum Imperator, sive crederet, sive ementiretur Hispanorum Regem à suo Quesalcoatio originem ducere (et tamem veluti Semideum quendam Mexicani Quesalcoatium adorabant) non repugnavit, sed ea falsa Motezumæ persuasione utiliter usus fuit, ut Ibericæ Dominationi vastissimum illud adderet imperium, Scilicet dolus, an virtus quis in hoste requirat? In re namque

militari plus aliquando valere solent stratagemata, quam miles, et arma, plus fraus, et dolus, quam virtus, et ardor.

Denique non potuit Alexander clarius ostendere, quam de Divinitate sua mentem effirmabat, quam cum hostili vulneratus est telo: tunc enim Divinitatem suam ridebat, et irridebat, que inimicorum plagis obvia, et pervia fuit. Ergo si ipse illam contemnit, et ridet; cur Obtrectatores se Deo natum serio credidisse vociferentur, et latentur? Quare Patres sapientissimi, spero quod ad Vos causa provocata Macedoni litem adjudicetis, et à gemina qua impetitur calumnia, tanquam integerrimi Iudices absolvatis.

Hispanorum Latinitas
Asserta.

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] in [illegible] quid [illegible] sub [illegible] regno
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
cum [illegible] [illegible]

[illegible]

Ea fere semp[er] fuit hispanici nominis, et gloriis con
ditio, ut aliarum nationum, quas certe bello devincebat, sub-
iugabat, invidiam opprimeret, et quibus nostrorum militaris
virtus gravis erat, cum armis eos superare non possent, acer-
bo calamo acerbitatis pleno pungere conarent. Revere Be.

Etenim cum literati aliqui homines exteri tam
amicam Palladem, id est, bellatricem Deam hispanicis rebus
conspicarent, ii ut qua possent via par pari referrent, et quo-
quomodo luctus sedatos vindicarent, hispanis Minervam, id est
Scientiarum Deam aversam, et ut ipsi dictitant inimicam
suis in scriptis judicarunt: nullo tamen iure, quae enim nos-
tris hominibus Pallas est, eadem ipsisdem, Minerva quoque coli de- videt.
bet, ac recoli; Itaque eo aculeata eorum Dicteria tendunt,
ut hispanos, quasi Beotos, aut antiquos Batavos existiment;
que utraque gens in proverbium priscis abit tarditatis ignoran-
tiae, atque barditatis sordidae; Etenim nos nationem esse barba-
riae pene obrutam, a quorum consortio abvolarunt Musae, ac
litteratura omnigena, frequentissimi ore versant, et clami-
tant: deinde latinitate nos ita humi repere; ut vix subli-
miter hoc idiomate hispanus aliquis, stilum exercere,
fuerit assecutus; ac proinde non aliud, quam semilatino-
rum nomen, qui illis hac in re valent affectare possunt:
non enim aiunt hispanorum latinitas ea est, quae Romanam
illam veterem idiomatis suavitate valeat redolere.

Ego equidem, amplissimi Aud.
id conabor ostendere exteras nationes maxime injurias
et nostrae genti, et ipsi veritati hac in parte extitisse; quod
si oculos mentis in antiquam historiam conjiciamus, illa
quasi retrovolvendo secula; quibus et aurea, et argentea splen-
duit, et enituit latinitas, ulla ubi procul praeter Romana-
gens invenietur, quae cum nostra in sermone latino, et re
proferendo, et stilo in ceris exarando, nec excursas, ut ar-
cant leucas componi possit, atque comparari; Italiam Bel-

[illegible] mihi [illegible] communem [illegible]
[illegible] in [illegible] Romanorum [illegible]
[illegible] [illegible] videre [illegible]. [illegible] namque [illegible]
[illegible] singula, [illegible] tot et tantos [illegible]
[illegible] viros, [illegible] [illegible],
[illegible] insignes, [illegible], quot, et quorum [illegible]
[illegible] in [illegible] temporis [illegible]
[illegible]. quis namque columella purior? [illegible]
in controversijs efficacior? [illegible] Aquarion, [illegible]
Lucano, expressior, [illegible]? Quis Silio Italico grandior? [illegible]
bitano Martiali lepidior? Quintiliano eloquentior? [illegible]
latrone facundior, pulchrior? [illegible] mellifluus? [illegible]
Cerde, [illegible] bellum exercesceret index, si proprio nomine
singulos [illegible] etatis [illegible].

[illegible] Verum ut alios [illegible], tantis-
[illegible] istam Oraciunculam in duobus viris, quos ultimos nomi-
navi, et qui [illegible] primi sunt Porcio Latrone, et Fabio
Quintiliano; uterque [illegible] Romanæ juventuti, quin et toti [illegible]
bi puræ, [illegible] latinitatis [illegible]: uterque enim, aulas
apperuit publicas, et gymnasia [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] omnium [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible]
[illegible] ba[illegible]
[illegible]
[illegible] atque [illegible]
[illegible]
[illegible] Quintilianum [illegible]
Quintilianum [illegible]
Franciscus [illegible] qui audaculus hoc [illegible] scri-
scet Quintiliani stilum [illegible]
[illegible] non [illegible]

Judicium [illegible] Quintiliano ferre posset nemo nullus ex contemporaneus noster nullius calculo posset se summittere. Ego equidem censeo illum Gallicum Aristarcum eam potius edixisse sententiam, ac legem, ut credam nec tamen vera Pollionis criticem imitaretur, qui de Tito Livio dicere solebat (Natale nam que solum Livio Patavium fuit) ejus stilum redolere Patavinitatem.

Non ergo gens alia, praeter Romanam, ut aiebam, similes hisce viros exhibebit, quibusque eos componat, ac comparet: praeter Romanam dixi, nam huic [illegible] erit, ut fasces submittamus, et esse claram nomine contentissimus; quamvis magnum, ne dicam maximum, ne in isthac decus est Romanum senatum suae juventutis in litteris institutionem, et eloquentiae munus edocendae duobus Hispanis hominibus commisisse. Quae cum ita sint fixum manere debet ac stabile, quod spectat ad aeternam, et auream latinitatis aetatem. Nulla nationem cum nostra posse in comparationem adferri. Atenim cum tractu temporum, et barbarorum irruptionibus decolor linguae latinae aetas sufficiat; et illius obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, ea musculea virtus latini Idiomatis debilitata fuit, et eliminata dixisse alibi isthaec con[illegible]io, velut quoddam rupto obice flumen Italiam totam, et Romam Italiae caput, et orbis; Gallias, et hispanias utrasque, inundavit, [illegible]. Ex latino barbara glossemata latium Idioma (quod et hispanis tunc temporis vernaculum erat) talit. con[illegible], ut ipsius puritas, ac phrasium proprietas tota defecisset. Ea deterrima non paucis saeculis latini sermonis facies fuit, ac fortuna, donec in Italia Franciscus Petrarca, eximius ille vir carmini tangendo, et stilo prosae exercendo, velut [illegible] quidam, dissecta hippoliti membra, id est latini Idiomatis collegit, atque suscitabit. Post dim[illegible] zeso.

vocans pristinum illum antiquae Romae in eloquendo more[m];
efficiens; ut ex aetate ferrea, seu potius plumbea, aurea ite-
rum aetas con[sur]geret. Mihi persuadeo, quod cum haec audia-
tis, Patres sapientissimi, omnes suo [illegible], quia vestra ten-
dat oratio pro hispanorum latinitate asserenda, et ab injuriis
vindicanda: neque enim Germania, ea est, quae jactare se
posset, hanc in parte hispanis palmam subripuisse; poterant
aut Gallia, aut Salmatia, aut Tellus Betica [illegible] minime in quae
Cur quare, et quam merito hoc negem paucis modum
commonstrabo interea tamen non dubito post Gothorum, ac
[illegible] irruptionem, Mauricae dominatio-
nis tempestas obtingentis germine a novis bonas quas vocant
literas? vinctis frigesset fere, ac miserrime ex[illegible]
Hancè Mancae, non [illegible], sed [illegible]tissimi, et in[illegible] superos eorum [illegible] colle[illegible] maximo optarunt, obtinuerunt verberibus, [illegible] somnio. Hanc viri litteratissimi parsimonia cu[illegible] potus, velut altera animi penna, [illegible] [illegible] deposita [illegible] corporis sarcina, ad scien[illegible] [illegible] caelum [illegible] mira pervolant celeritate: [illegible] mille [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] mei sit [illegible], velut [illegible] alte [illegible] ad superos magis accedimus, et quo [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] habitum, [illegible] [illegible] habitus: quare [illegible] Auditores, [illegible] quam maxime [illegible] est, ut suffragiis vest[illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], quae [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vestrae [illegible] [illegible], et hanc, quam [illegible] [illegible] [illegible] vestra, e vestra [illegible] [illegible] [illegible]. Deinde [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] meae, cont[illegible] [illegible], supplico, atque obtestor, ut [illegible] [illegible] [illegible], quo te [illegible] pectore, quin [illegible] [illegible] [illegible], hoc qualecum[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], et [illegible] [illegible] [illegible] famil[illegible] [illegible] [illegible], quae [illegible] te ben[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] hoc [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

ff

Ite Graves, procul ite Graves, si fortè potestis
 ire procul, Gravitas nam procul ire negat.
Ite Graves, procul ite Graves: Vos cernere juxta
 Ah! vereor Nobis quòd Grave fiat Onus.
Non humeris faciet Crassissima singulis Omasi
 Sarcina, non faciet Viribus illa meis.
Non Ego, si liceat, proprio sim Corpore Crassus
 Vel Romanus amet Mî dare Crassus Opes.
Qui Mihi cumque velit tumida pinguedine Molem,
 Quam Mihi Vult donet Talio iusta sibi:
Vivimus haud dubites: dubito vivatis an ipsi
 Mole quibus nullus jam propè Motus inest.
Vivimus: haud dubito: potius dubitabitis, alter
 Spiritus in Macro si leve Corpus erit.
Ecce feror, per inane feror sine Corpore Corpus
 Aera pervolitans fit leve Corpus Avis.
Cycnus enim volitem Gracilis crus, Sutura longius:
 Sic Imitamen ero, ô Venusine, tuum.
Languidus, et tennis Vocem modulabor acutam:
 Carmine nempe Macer, Carmine Flaccus ero.

~~[illegible]~~
Sit tibi [illegible] tantum sit Cinere: Corpus
 Sit tibi ô Terra Gravis, sit Mihi Terra Levis.

Vivimus: et dubito videor sibi: Vivimus, crassa
Sum Corpus nervis, Lector sat [illegible]

Arbiter

Pro Crassis, et Macris inter se componendis.

At boni, severique Iudicis munus est, ac officium ut equam Astreæ bilancem ita firmiter manu teneat, quod nec altera plus æquo deprimatur, nec altera sublevetur, mitobem fortassis boni, æquique ponderis in alteram ē duabus vergat, propendat, inclinet. R. admodum Cl. Huius Bæticæ Provinciæ Caput meritissimum, R. amplissime, P.P. sapientissimi, optimæ spei Iuvenes. Cum in præsentia ego adlectus sim Iudex pro dirimenda lite, quæ magna & utrinque contentione exagitata est, mea interest, rationes, quæ pro utraque parte allatæ sunt, et expositæ, ut ius suum unicuique tribuatur, ad invicem quasi ad Lydium lapidem examinare, pensitare, comparare, et conferre.

Hinc Maciem video ad Coelos usque laudare, et extollere: illinc velut admotis machinis, et actis trochleis pro re eodem pinguedinem, et crassitatem deferre. Collatis signis, et aperto Marte diu pugnatum est, et quidem acriter, modo fugientibus modo pedem inferentibus vicissim Macilentes, et Crassis. At inter utrumque volat dubijs victoria pennis, et adhuc sub Iudice lis est. Credideram tamen expletio isto utramque partem in amica pacis fœdera ituram. Hoc namque ferre solet conditio rerum, ac ingenium, in re militari præsertim, ut bellum ipsum, et pugna aspera boni, faustique fœderis # quandoque certus Prodromus sit, Sequester, et Arbiter. Quapropter cum Crassities, et Macies hostiles manus conferuunt, spero fore brevi ut amicas, alternasque dent, petantque: cur enim dubitem, quod dum calculum addam, et ius addicam, ex mutua ipsarum collatione, ac dimicatione in quoddam, me Iudice, temperamentum ambas coire, et inde convenire?

Si enim hac, quam vidistis ante duarum Factionum pugna cum Graciles, tum Pingues.

Occubuere pares, succubuere pares.

At mihi haec discors exoptatam pariet concordiam, inquam ut in scopum, et metam tendam, atque respiciam pro Lite adjudicanda: tunc namque Judices melius suo muneri faciunt satis, cum media ineunt via, et ex utraque parte quaedam adprobant, quaedam rejiciant, et reprobant ut nec Judex alterutri totus placeat, nec alterutri totus displiceat, sed veluti vinum aqua diluens, ac acerba saccharo condiens Acorem temperat, dulcorem stimulat, praemiaque et poenas summa dividat Aequitate!

Ego, nec Maciem laudo, pinguissimam nec laudo Crassitatem: sed enim qui utramque commisceat, et temperet, huic Palma reportabitur, et decernetur triumphus. Is ipse certe bona quae in utraque quae sint retinebit, et quae in ambabus mala sint, relegabit: hoc enim utilitates habere solent Sententiae quas vocant medias, qui theatrali discussione restractant, quod saepesaepius rationum florem, et prope totam ponderis vim, quae gemina pro positione, adversoque utrumque opinamento faciat, sententia media seligat, sibique relinquat, seseque implexis extricet Labyrinthis, quibus utraque extrema se implicabat, aut sessam difficile explicabat.

Itaque nescio quam deteriorem existimem, extremam Maciem, an summam pinguedinem? Unum, hoc statuam: quod si Gracilibus addatur, quod deest, Obesis vero detrahatur quod superest, horum quisque eum habet tum vendicabit, qui mediocris sit, ac eapropter optimus censetur. En, nisi fallor, rem confeci, et quae menti nostrae sententi

ut, quam exposui, atque hic, qui mihi forte fortuna obti-
git, corporis habitus praxi quadam, ac velut experimento
sententiam hanc quoque nostram exponere seipso
videtur, aut quodammodo comprobare.

Quamvis vero in hac lite, quam diu-
mo, nemo qui ius diceret, facem mihi praetulit: tamen
jam pridem persuades Mendozius, Lusitanorum or-
namentum, valide, et acute disseruit contra utri Statu-
ra praestiterit, an longa parvae, an parva longae, et
mediam inter utramque suo calculo meliorem indi-
cavit, et fecit: et ante annos quadraginta Franciscus
Le-fai e Societate itidem nostra hanc de statura cau-
sam, quaestionemque ad forum deduxit, id est, forensi
stylo exornavit, et auditis pro statura parva, longaque dupli-
ci declamatione rationibus, tandem pro statura me-
diocri iure, meritoque sententiam dixit. Quod enim
ipsi de statura, ipse de habitu corporis iudicavi, ac me-
diocrem praestare prae obeso, prae macro quo potui judicio
proposui, qua potero ratione confirmem.

At vero quibus aliis, nisi iis ipsis,
queis duo ante declamatores se mutuis vulneribus
petierunt. Nam quisque eorum, quo ad memini, me-
lius, validiusque Antagonistam impugnavit, quam pro-
pugnavit se ipsum. Quae incommoda Macies, quae
Crassities afferat recensuit optime, graphice depinxit

uterque: sed ubi Bona commemorant, umerant quæ utrique habitu syncere præcisoque Affectu conveniant, quæ Maciei partes coit parum obscuroque ratione, qui pro obesitate Caussam dixit, ingenita jam Gravitate carere, suoque et pondere videtur destitui.

Quæ cum ita sint, videatis, amabo, Patres ornatissimi, unam, eamque mediam superesse, quam ante commonstravi: scilicet Crassitiem temperatam Maciei, Maciemque Crassitie, utriusque mala fugare, utriusque bona conjungere, et sociate isthac plura addere, quæ earum quælibet seorsa, ac seorsum haudquaquam poterat obtinere. Rem igitur re componamus. Leo Byzantinus, Tempoalensis, et Regulus obesitate nimia risum aspicientibus ciebant: at Philetas Cous, quisquis alius, qui gracilitate sit nimia non ciet. Fingite precor, Leonem a Phileta, Hunc ab illo partem maciei, ac pinguedinis mutuo dare, et accipere: Jocus vel ambobus conspectis cessabit statim, nec risus aliquis labra movebit, Cachinnus, et sibilus prorsus exulabunt.

Adhæc: damna damnis perpendam. Obesus movet, cito senescit, multum sanguinis necessariis sevocat ab usibus, Apoplexiæ, et suffocationi sit obnoxia, subito solet interire: Macer Tussi, Phthisi, tabe conficitur, et sexcentis alijs Gen utraque impetitur. Quod si altera alteri modum poneret prudenter, ut sic dicam,

commota, ea tunc morborum illuvies, et proles im
proba formidatas exarmaret manus, tela projiceret,
atque hebetaret acumina, et valetudine sana ipse
habitus temperantur, atque mediocres Aesculapius sibi
foret, et Machaoni.

Neque illos taceam geminos Hero-
as Vitellium Drexelium, illum armis percelebrem, hunc
litteris, et Religione, utrumque tamen, ut dicitur, obe-
sitate tumentem, utrumque obesitatis imminutione fa
mosum. Audistis jam Stradam de Vitellio: audite Bal
dum nostrum de Drexelio.

Os vero Delphis religiosius
Vultusque pallens, et macie sacer:
Si imago tam dulcis videntis
Quam gracile veneranda metro.

Ergo Neuter pro Neutra parte suffragium,
et Auctoritatem adjiciet: non pro Crassis; quia pinguedinem
deponere conati sunt, et dispendium ad multum id
assequuti fuerunt: Non pro Macie tenuissima; quia al-
ter epoto aceto, alter jejunio, flagellatione, improbo stu-
dii Labore ad temperamen, et medium habitum pervenere.

Hic, hic merito sit optandus: ex-
trema illa non illa item: non enim tantum in re Ethica
locum habebit sapientissimi Graeci Nobilis Paroemia Ne
quid nimis: quidquid enim est nimium, à mediocritate

aurea prorsus exorbitat. Non habeo, cur ignorem, Mentes hominum in extrema declinare, nec medium tenere: quod attestit Horatius

Pastillos Rufillus olet, Gorgonius Hircum,
Nil medium est.

Vos ergo extremæ utriusque Causæ Patroni, meliorem in mentem hac nostra sententia, vos met ipsos revocate, dissentanea. Toto Cœlo Armamenta seponite, (medius, me dius, deim, dceps te, netes) quisque medio tutissimus ibis: quacumque, vel quocumque declines, Phaeton eris. Aft ut ante innuebam bellum hoc induistis, induxistis, prelium pugnastis, ut ex ipso tua Pax enascatur, et fœdus amicum. Imitamini Elementa Imitamini, quæ

Frigida pugnabant callidis, humentia siccis
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus

et vel pugnantia, aut fere repugnantia stricto sese amicitiæ, temperieique nexu copularunt. Ita vos ex hac discordia vestra Pacem amplectimini, sententiamque nostram, quæ medium quoddam est, et vinculum, ratam, firmamque habetote.

1 Nempe venite Graves, ad Fœdera certa venite:
Vos itidem revoco, nempe venite Leves.
2 Ite procul procul ire prius vos sæpe jubebat
Vox diversa: jubet nostra redire simul.

3 Jungite non pugnæ, Paci sed jungite Dextras:
Crassities Maciei sic meliore redit.
Neutra perit Neutri: tamen utraque vincit utramque;
Et sibi nec utramque tenet, quisquis utramque tenet
Utraque juncta quidem sibi par, ac est sibi dispar
Est pinguis Macies, Macraque Crassities.
Grande malum! solus Macer, vel solus Obesus!
Juncta tamen Levitas cum Gravitate bona est.
Sola quid est Macies nisi Mors, nisi Mortis imago.
Qua Gracilis pereat, vel perisse putes.
Seu quid Obesus erit, nisi Mons, nisi Montis imago:
Gressus ubi desit, sive deesse putes.
Adjice Crassitiem Macro, seu detrahe Pingui
Major hic*, et melior; sit minor hic+, melior
Non Macie immodicus, nec sis Pinguissimus: inter
Si fueris Medius sic fueris Melius.
2 Audistis nostræ quæ sit sententia Menti:
Corpore quæ nostro sæpe videnda manet.

Avoi.

4 Et semel, atque iterum dos jungite foedere sancto:
Crassities Maciei sic meliore redit.

Hominis-dei Cruciatus.

✝

Pro Hominis Dei cru-
ciantibus Declamatio.

Quod aliquando moris est, ut fiat in orationum vestibulo, iis Declamatores de se ajunt, sive Auditorii animos sibi conciliandi, sive magni faciendi causa, quidquid dicendi assumunt eo- nempe hoc quidem ipsis: cujus in [illegible] colli- mant, hoc verbis, atque omni eloquentiae ornatu aequare posse, id reapse, et qualibet amandata si- mulatione, hodie mihi video accidere, cui de a- cerbissimis Christi cruciatibus oratio haec re- nit instituenda. (Aler.) Cum vero non verbis ob oculos objectare contendo laborum immensum cu- mulum, quos ille mentitus Herculis fuisse perpes- sum deflentis, non multiplex, atroxque paenarum genus, quibus Ipsi exactores Christi fidei [illegible] iniquissimi clementis Jesu Martyrii innocentes du- de triginta annis detorsere. Sed maximum, ac in- mensam dolorum, cruciatuumque congeriem, quam non non meritis, sed vanis, quam Homo mortalis, licet Deus brevissimo temporis spatio patientis- simus voluit sustinere.

Maxime mihi in votis est, ut in hac di- cendi genere et facultate tanta verborum copia, ac vi praesto esset, ac operam ferret, id, ut assequerer, quod quod si vestris oculis, coram vobis hunc habendi orationem locum esse, ubi Christus à Judaeis comprehensus, funibusque ob- strictus fuerit; hunc domum Annae, ubi innocens à nocentibus criminis capitis arguitur; hunc Caiphae Regiam, ubi summa nequitia summae bonitati illu- dit; hunc tectum dixi Pilati, quibus reus, qui morte mulctari debebat, capite damnat, et Judaeo qui Reus

mortis damnare poterat, ab ipso Reo damnatu[r]
hunc tandem esse viq, qua mitissimus Jesus, jã [fla]
gris contusus, jam vulneribus confossus, jam capiti[s]
nis trajecto, jam pene corpore membratim disrupt[o]
gentiq Crucis more ejus humeris superposita, m[...]
adit, quo tandem Cruci affixus vitã cum morte
commutaverat.

Age quidq omnia vehementius exaggerã, a[c]
exaggerã, sed retulisse sat est, ut sui illud, hic locu[m]
habeat, quod

Virg. „Non mihi si linguæ centu sint, oraq centu[m]
„Ferrea vox omnes sceleru comprehendere fo[rmas]
„Omnia pœnaru percurrere nomina possem.

Quamobrem centis velut angustijs arctatu[s]
orario, quemadmodu sive equus suis cohibe[tur]
repagulis, sive cursu non extra meta ... vede[...]
agit sibi præfixam; quis eni brevi temporis [spa]
tio liberalitate, qua Divinus Jesus se ob ho[mi]
num salutem tantis, ac tam excruciatibus [...]
dere voluit, indicare poterit, et Judæoru in[hu]
manitate, qua et furentibus odijs tot, tant[a]
supplicia in Xpu Dnu cumulare; ut ipsi
Jesus tantu ergo illos amorem demonstrasse[t]
cum ægris lethali morbo depressis sanitate
reddens, tum agentes animã ex morte rev[o]
cans ad vitã; tum ita iniquissimi illi hom[i]
nes, si fortè homines illi fuere, calore, et ig[...]
nibus conflagrarunt, ut non tantu eum ...
cruciare contenderent, sed etiã homicidaru
pœnas dare, ac luere molirent.

Ita in animo[...]
eorum inducto, ut sua nefarida in legem inferu[...]

erentur, huis Sceleris Iuda, et Magistro, et Doctore, quae in locum Jesus aderant, ac celeranter venirent. Lastu insania! Pro Judaeorum amentiam! Quo ruitis? Quo ruitis, tenebris perfidiae vestrae vel in ipso veritatis meridie caecutientes et caligantes? Illumne quaeritis, qui tot beneficiis de vobis fuerit meritus? Illumne quaeritis qui tot miraculorum signis ipsummet vobis a Deo Messiam esse promissum exponeret, ac declararet quem vos immanissimo sceleri prodere obstinati nec accipere voluistis, quia nec cognoscere voluistis? Quaeritis? Vestigia ejus premite, jam igitur vestrae nequitiae manibus post orationem Salvator ultro, volensque sese offert, et obvius.

Quaeritis? Magno satis, et affirmato animo ad cruciatus approperaverat, quos vos inferre parastis. Ecce adest: sed quod fulmen statim ac ab ore Divino prodiit, ego sum, quem quaeritis, tanto fragore ac strepitu vos in terram concidere coegit? Ecce adest: non comprehenditis, non funibus obstringitis? Quid vobis fustes? Quid arma? Quid vincula profuere? Unum verbum tantum furorem comprimere, tantaque arma infringere valuit? Insurgite, insurgite, dum per eum, qui in terram vos impulerit, vobis potestas est facta, insurgite, et vel liberale diligite, vel Omnipotentem timere. Insurgunt, sed statim irruunt armatis immanissimum agmen in mitissimum Agnum, armatis militibus cingunt, apprehendunt, et fune in collo, vinculis in manus injectis, tum acri impulsu, ex praecipiti fuga propellentes in Solimam procedunt, et variis eum ictibus percutientes, dictis iniquissimis exprobrantes, vesanosque efferentes clamores per vias publicas deferunt. O mirum spectaculum! Quid mirationis Deo fuit, Urbs improba, ut innocentem nocentes vinculis teneant, ut edaces lupi mansuetum agnum unguibus lacerare flagrent, ut servi sint ausi suum Dominum impetere; quem non mul-

tis antea diebus summis laudibus extollebant,
Davidica stirpe proclamabant, cui vestibus, ra-
misque vias sternebant, quem in urbem excipie-
bant strepitu, clamore, satellitio stipatum Judi-
cem efferant; quem sensu, omnique omnium accla-
tione Regis diademate, ac Regno donandum con-
tare aestuabant, hunc inaudita, nefandaque igno-
minia de medio tolli proclamarent.

O imprudens, dira
inhumanaque! Homines nefarios, scelestosque ap-
apprehendere, apprehensum omni acerbitatis mo-
do torquere, detorum tandem ipsius lucis usura pri-
re. O mens Judaeorum sua nequitia obstinata!
O mens amentia, et odio excaecata! Quid mali
vos, aut in populorum salutem illum patrasse vidi-
stis, quod ille perfidus, qui sui Doctoris vestigiis
invitus insistebat, illum vestras in manus conjecit? Quae
causa suae proditionis extitit? Nil nisi quod in
ejus viscera odium aestuabant. Et hoc bonum, mihi
sui Doctoris proditor vobis per sacrilegum osculum
signum fecit, ~~[illegible]~~ symbolum, ac thesaurum
dedit ad Jesum internoscendum, ac acriter vincien-
dum ipsum tamquam nequam hominem Judicii in con-
spectum allaturi estis, ut censeant illum alapis, illum
virgis caedi, illum denique cruci affigi oportere.
Quid igitur? proditoris odium acriori stimulo est
vobis furiarum, ut proditum inique agatis, quem sup-
quem prodiderit perfidi mores, ut immunes nos
nijs compellationibus, injurijs, probris, ac dedecoribus
quibus nunc afficitis, efficiatis.

Vos rector, vos appello,
qui eum tenuistis, et in vincula conjecistis, accepis-
tis, aut vidistis, hunc unquam quid mali fecisse,
aut discipulis arma, ut vos perderet, malisque
strage afficeret, cepisse, aut capere voluisse?
Haud unquam vidimus, aut accepimus, luce hoc re-
rum verbo fateri caeci furore nolitis, illud ore
meo profereris, potius vero et accepimus, et vidimus
in nos, ac in populos bonorum multa contulisse,

prodigiorum multum edidisse, cum vivos alios ferè ex-
tremum spiritum effundentes à mortis faucibus eri-
puisse, tum alios jam dire mortis fam (?) subeuntes
à mortuis excitasse: vidimus, et ante oculos ha-
bentes praeclaras ejus virtutes in dedecore, man-
suetudinem, in ictibus perferendis constantiam, et
in his omnibus silentium: vidimus, et
ante oculos habemus potentiam ejus igitur uno tan-
tum verbo, uti fulmineo ictu nos humi depressit,
et in illa tandiu prostrati jacuimus, quandiu illi
placuit, quousque et ab eo nobis surgendi facta est
potestas. Cur igitur cum prius haud dubitaretis, ... ob
suae vitae innocentiam, ... ob sua in vos prodigia fa-
cta omni honoris gloria decorare, hunc nunc tan-
quam populorum perturbatorem injuriis vexatum, utinam
tamquam parricidam vinculis obligatum, tanquam facile
omni dedecore abjectum despectis? Abjicite, abji-
cite excitatam, qua mentis vestra obtenebrat; abjicite
te, et ignominias illius ipsius in laudes convertite.
Ô Judaeorum cor silice durius! Quod in scelus, aut
flagitium non sese jactabit homo exuento odio
propulsus! Jesum maxis virtutibus praestantem, maximè ne-
esse, ac Divina authoritate praeditum decantaverant, lae-
verant, ac per vias, et compita decantaverant, gra-
nunc ira, et odio excaecati, ac rabie conciti, armorum
du rapido, multitudinis concursatione: nefandum
fragore, militum clamore elato Jesu procedere, et illam
illudentium in domum Caiphae perstrin
ingredi compulere. Hic manibus post terga perstringere, ut
edis funibus in Scelerarum Judicum ora rapiuere, vel
per pensitos vestes, vel argenteis corruptos, vel
eorum odio in Jesum commotos, fuit appellamus, quo
suis populos dogmatis illaqueaverat, quod haec fal-
lacia essent, ac impraoba, quod Filii Dei nomen
sibi vendicaret, et cum Jesus commentitia ab hac
Coelesti mansue-
crimina nec sibi cohaerentia
tudine verba redderet, alapa à venali homin

caditur, et cum ab ipso etiam Caipha rogaretur an filius Dei esset, et respondisset, Tu dicis, Sacrilegus Pontifex, abruptis vestibus, et clamore proclamarit, quid opus testibus, ut illius de impio[?] sanguine; quid opus alijs, ut sua crimina detegantur; nam ille aperit, ac fatetur? et in Jesum iniquientes manus, ore, et re eum vexabant; alij vitijs stolidis incessebant, alij crebris ictibus tundebant, alij Divino vultui apertam vola manu impingebant, et excubijs militum tradidere.

Hic a[?]unt omnes feni satellites, ac gregarij milites derisionibus in Jesum, jocationibus, et cavillis tempora noctis fallerent, ac transigerent. Mane iterum erutato coetu, ut scelus sceleri adderent, reum capitis Jesum iterum declararunt, ac ferreis ligatum, ac onerantem catenis ad Romani Praesidis Tribunal violenter adferunt, ac sistunt immaniter. Sic fusque[?] causa agitur, et maioris disquisitione plurima Praeses est usus, nil, quo Judaeorum perfidiae nervum generet, nihil, quod nec lati unguem crimen posset existimari, sed mirabile quidam innocentiae exemplum, et immobile veritatis testimonium tergi, matrem Judaeos invenit, ut haec, quae in ipso videat, ac audierit ex ipso in causa forent, ut semel, ac iterum se in verba liberrimus erumperet, Ego nullam in eo invenio causam. O miram innocentiae vim, ac efficacitatem, quae vel ipsum Ethnicum Praetorem ad id adduxit sententiae, ut te ex iniquorum hominum manibus, et a morte tibi ab ipsis parata magnopere slagaret eripere! Sed o quam varia sunt Concilia hominum, ac cam

mutabilia? Qui tantopere, et flagrantissime integerrimum Jesum, extra omne periculum positum concupierat, hoc uno tanquam fulmine perculsus, ne Caesari adversus esse videretur, spinis flagris conscindi, seu potius dilacerari, et extremum crucis mortem subire decrevit. Quid agis, quid moliris scelerate Judex? Quid ausus fueris patrare? Illius ne causam apud te excussisti? Nor omni culpa liberum semel, et iterum professus fuisti? Jam è asseveratione deduxisti ad Principes? In ipsorum Adversariorum odium maximè cognovisti? Tu non temporis moras consilio injecisti, ut eorum corda mansuescerent? Qua igitur obrem sine nobis testibus, qui verum aliquod crimen illi imponerent, eum insontem inveneris, ac esse testatus fueris, virgis discerpendum dabas? Itos erat studium ardens, quo illum Adversariorum manibus tantopere eripere conabaris, quin his lictoribus dilacerandum tradebas, quid cum Deus? Quid intendistis cum virgis, quid cum Dexis? Quid intendistis cum virgis? Vosne nudatis funibus implicatis manibus? Vosne in commiserationem commovet nullus pudor, lenitas animi, splendore faciei Divinitatis refulgens? Sat flagellorum sit, hominis Innocui! Vos misereat, misereat vos hujus corporis, quod dudum mire candidius conspexistis, nunc virgarum ictibus lividum, et atrum conspicitis. O Dei in nos amor! O Jesu tuo rebus in perferendis constantia! Sat sit, Carnifices immaniores! Vosne in pietatem rapit illius mansuetudo, cujus nec verbum

nec quidquam gemitus audistis? Vos, ne ejus vicem condoletis,
qui ex contemptu tanti sanguinis [illegible] [illegible], quanti
et injuria in [illegible]? [illegible] immanem terram [illegible], col-
[illegible], [illegible] nobilissimi [illegible], [illegible] [illegible]
[illegible] videant. Jesu desciscunt tui, a planta pedis us-
que ad verticem capitis non est in eo sanitas, [illegible] super [illegible]
[illegible] cumulata, cum nullus alius [illegible] locus [illegible] quaerere [illegible]
de se [illegible] [illegible] [illegible]: non habeo in nobis
nova plaga locum.

Cum enim plagis illi homines, [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] tergor, acerrimis [illegible] furoris [illegible]
[illegible], [illegible] pendebant in verbera, ut [illegible]
flagellorum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] corporis
ne exsanguis, et [illegible] Domini [illegible], in [illegible]
[illegible], quem [illegible] erant [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible], et [illegible]. [illegible] [illegible]
quam [illegible] [illegible]! [illegible] qui [illegible] [illegible]
nabat sanguis e vulneribus, [illegible], ac [illegible]
ter admisceretur, eum tot quam tu in [illegible] plagas
acerbissime dolores Jesu [illegible] [illegible]
[illegible] e [illegible], nihilominus, tu non [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] oratio, cum in [illegible] [illegible]
ma ad quam [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] Redemptor [illegible] tormentorum [illegible] [illegible]
plus ultra [illegible] meus [illegible] ac [illegible] [illegible]. [illegible]
enim ultra verbera [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible]
[illegible] [illegible] quanti [illegible], ac [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] audite: [illegible] animus, qui ad [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] dolore nimio [illegible]
cias? Equidem qui ad trahendum [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] affectat? non ego [illegible] [illegible] [illegible] hoc in
[illegible], ac [illegible], et maxima tormentorum [illegible]
[illegible] gradus [illegible] [illegible]: [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible], in [illegible], an [illegible], et [illegible] magni [illegible] [illegible]

dii ipse dolor, quasi nodo iniecta guttura praecluderet
et tibi impedimento foret, ut quantocius cum gestione
ederem: taceant ora, taceat ex tota eloquentia
dicta tenebra horrendi imponent, ponatur in tacitu
mi. Signum incedit tacitum ponderat vocem habens.
Ergo auditores amplissimi dolore plenus, ac ge
mitibus melius erit in extremis ... dicamus
quod hucusque nec satis ore, nec dignitate oratione
dixi.

Purpura Dibapha id est, bitincta
Carmen Elegiacum.

Philippus
Carmen heroicum.

Purpura [illegible] Dibagha.
Carmen elegiacum
De laudibus Provinciæ Paraquariæ Soc. Jesu
Deque gemina Martyrij Palmâ
Reportatâ
Patribus Bartholomæo Blende
Belga
& Josepho de Arce Canariensi.

Dum Socios Laurosque, quibus Paraquaria Tellus
Exultat Victrix, vel rudis Arte Canam;
Rector Athenæi, Sacra hæc qui Tecta Minervæ,
& columen stabilis, lumen & irradias,
& Pietate graves, & Relligione Magistri,
Palladis Heroes, quos Sacer ambit Honos,
& Juvenum delecta Cohors, nova Sidera Cælo
Fixa Minervali, Munere adeste Mihi.
Grande subimus Onus, nostri quod ferre recusent,
Nec valeant humeri, Grande Subimus Onus.
Insignes Pietate Viri, terra, ultima terra
Tincta quibus rubuit, Numinis instar erunt.
Hos voco Pierides; hi sint mihi Phœbus Apollo
Non facit ad Sacros Fabula docta Viros.
ô! Procerum Regio quâ non felicior ulla!
Alma Parens Mentem, Corque Canentis habe.
Fortunata nimis (siquid mea Carmina possunt)
Martyribus veniam quid mereare tuis.
Quantum lenta solent inter Viburna Cupressi,
& Jovis Altivolas eminet inter Avis,

Sic illustre Caput felix toto experis Orbe
Nomine, Stemmatibus, Relligione, Fide.
Fert animus memori Laudes revocare Tuorum
Pectore, et æternum, quod meruere, decus.
Incipiam: primoque gradum modò Limine cogor
Sistere, materiâ præpediente sonos.
Scilicet illa subest, quæ vel Demosthenis ora
Nestoris, aut Tulli vinceret eloquium.
Ut Conviva, venit dubiæ qui accumbere Cœnæ,
Congestis epulis abstinet ille manus,
Jesuadas video cumulatos laudibus: ingens
Occurrit dubium si loquar an sileam?
Si loquar: in rebus nihil est quod vocibus æquem:
Si taceam, laudes obtenebrare velim.
Cumque vel Heroas superent virtutibus altis,
Nulla vel in Fastos vox erit æqua suos.
Magnanimos Proceres, illorum et Fortia Facta
Concelebrare satis Fortia Facta queunt.
Hærebam dubius veluti qui Montibus errat,
Et triplex nescit quà via ducat iter:
Corripiatne gradus hâc, an perrexerit illâc,
Et varios animo non capit ille metus.
Jam propè restabat mihimet spes nulla canendi,
Et juvat incertam deposuisse Lyram;
Visibus ecce meis graviter sese obtulit ultrò
Relligio referens ore, habituque Deum.
Cincta sinus, demissa oculos, frontemque modesta:
Majestas, Superos quæ decet, ore nitet.
Dextra Crucem tenuit nostræ vexilla Salutis,
Corpora ad usque pedes nigra Lacerna tegit.

Proximus ut vidi, novi; neque fallere posset
Quemlibet in Specie quæ Nota signa dabat.
Obstupui, fateor: talis reverentia Vultu
Insidet: ecce Stupor, non timor ille fuit.
Ut nova qui cernit subitò miracula rerum
Miratur, cernit, nec tamen ille timet,
Sic ego: sic oculos acië defixus in una
Dum magis aspicio, plus stupeo, haud paveo.
Verba locuturo Verbis mihi Diva repressit,
Ore prior gratos dum dedit illa sonos.
Ecquid agis Iuvenis? Non te Paraquaria clamat,
Personet ut laudes docta Camena suas?
Labra premis digito! nedum resonantia latè
Plectra moves, plectro conveniente Cheli?
Grande Sacramentum reticeſ! Nec maxima Virtus
Talia, tanta Virûm facta referre dedit?
Rumpe moras, et pange Lyram, Linguæque faveto,
Ut discas Nostris quid cano, quidve canam.
Dico nec Heroas gremio quos, quotve crearit
Indica Terra sibi, seu magis illa Polo.
Res erat ista modos poscenti Carmine miros
Digna: sed immensum quæ capit urna Mare?
Surgeret in Meritos cunctos Seges improba laudis
Deficeret prorsus, me numerante, dies.
Vere novo pratis veluti qui pergit amœnis
Quot lucent campis non metit ille Rosas;
Ast ornans, stellansque manus flos unus, et alter
Indicat irriguis quot viguere locis:
Sic faciam, totos quæ canam Decora alta, et Honores
Heroum memorans Facta, necesque diurn.

Blendius alter erit: dein Arcius alter: uterque
Lumina clara Soli, Lumina clara Poli.
Arcius innumeros, passus qui morte Labores
Arcius Hesperiæ Lux nova, grandis Honos.
Blendius ille suis Famâ super Æthera notus,
Mortales Famâ diffugiente rogos.
Ad numeros revocem hujus si sublimia Gesta,
Tanta levem fluctu subruet unda vatem.
Munere Virtutum operis peroratus, et simis
Ceu Dis, atque Viris Thus et acerra placent.
Relligione simul Pietate insignis et Arte,
Quâ rudibus Populis Jura paterna dabat.
O! Amor! ô sacer! ô flammis sacer Ignis Amoris
Pectoribus Blendi qui struis usque rogos!
Ille pius, pius ille sacro combirier Igni
Ardet, et in votis quod pius ardet habet
Non fluxas quærebat Opes, quas dives in altis
Terra recondiderat Indica visceribus.
Æternas quærebat Opes, dum Vita manebat,
Dives Opum meritò quod cupit ille tenet.
Ac velut undanti flammis aqua fervet Aheno,
Et nimios æstus non capit illa suos.
Scilicet exserius quidquid furit intus aquæ
Insilit, atque undis proxima quæque calent.
Blendius haud aliter diô coacervat Amore
Divitias: alijs, quas sibi, fundit Opes.
Justitiæ Thoraca induitur, et Æneus Æquo
Tela Venus vitat, sive Cupido, sua.
Nam Cytherea Cygnos properè retroacta Jugales,
Idalios petijt, non reditura, Locos.
Virginitatis honos rutilo splendore nitebat,
Et micat in Casto plurimus ore Deus.
Naturam spectes? Benè terreus ille vocatur
Prospicias mores: Angelus ille fuit.

Diva nec auxilio Paupertas abfuit illi,
Cunctaque habere putat, namque habet ille nihil.
Scilicet argenti, fulvi Vis maxima et auri
Plus adimit, quoties plura dedisse vides.
Tergemino Virtus decoratum tollit honore,
Dum properat Nutus, et data Jussa sequi.
Umbra velut motu sequitur sua Corpora certo,
Syderis et Clytie fervida plaustra sui;
Vis trahit indomitum veluti magnetica Ferrum,
Praepete ceu Cursu Marmora Flumen adit,
Haud aliter pronus, facilis, jucundus, et idem
Blendius exsequitur quidquid obire datum est.
Injungat mandata aliquis, stat totus in illis,
Nolle suum Nolle est, Velleque Velle suum.
Caetera quid referam? Neque enim comprendere fas est
Quot capit Astrorum Lactea dicta Via.
Multa nimis, conjuncta nimis non visile lumen
Praestiterint, cingunt dum, sacra Zona, Polum.
Blendius ô! animum magnis qui laudibus ornat
Subter queis oculos Copia tanta fugit.
Hac Clypei, faciente vices, Galeaque comantis
Ensis, et Hastilis, credite, Usus erat.
Prospiciensque animo casus simulacra futuri
Quot mihi, Bella mihi, Bella parantur, ait!
Ferre per ignotas diverso Sydere Terras,
Americane, tuas Lumina dia placet.
Absistit minime Caeptis: stat pectore firmo
Et rate velivolum per Mare tendit iter.
Aequor arat curas, et mille pericula passus,
Donec ad optatos detulit Aura Sinus.
Littore jam Paranae fert oscula dulcia Terrae,
Sanguine quae quondam sit decoranda suo.

Pervenit: periturque statim Labor optimus; ullas
Ecce ministerio non tulit ille moras.
Protinus immensas Sylvas, Stabula alta Ferarum
Lustravit timido non adeunda pede:
Dixero quid potius dubium est hominesne, Ferasne
Dixero Monstra Virûm barbariora Feris.
Et bonus Agricolator terram proscindit aratro
Nec deinde, Naso*, neges findere Aratra Polum.
Principio sulcis commendat semina Vitæ,
Semina diversis dissocianda locis.
Nunc benè cultus ager fructu relevante laborem
Spes alit, alma juvat dum pia Vota Ceres.
Per loca foeta malis aliàs loca sentibus hirta
Tenora perpetuus parva Colonus habet.
Scilicet haud semen refovent Saxa, aspera Saxa,
Duritieque sinum terque, quaterque negant.
Barbara Gens illic, immania pondere vasto
Corpora, voce tenus Corpora* parva gerit.
Antra colit, fugit illa Patres fugit illa Salutem,
Obscuras Animas multa Latebra tegit.
Sic tua, sic refugit nigra Nox tua lumina, Phoebe,
Sic tua, sic refugit lumina, Phoebe, Myops.
Omnia vincit Amor, prorsus labor omnia vincit
Improbus, et multæ sedulitatis opus.
Sublimes animi Blendi, ac industria Virtus
Pro re Christicolum præterire nihil.
Jura dat, ore tonat, palantes numine Divûm
Emendat Populos, perpolitque rudes.
Venator Dumeta subit, vaga retia tendit,
Incidat ut Casses præda petita suos
Indociles animat Patrane, Gentesque fugaceis
Seu rate, sive pedes Blendius insequitur.
Aurea Lux aderat, ponat quâ sanguine Vitam,
Purpuream que Animas collocet Astra super:

* Alludit ad Ovidianum illud: Coelum findetur Aratro.

* Chiquitos por ironía, ô Antifrasis.

Forte vehebatur vada per celer amne secundo,
Brachiaque intendens Navita findit aquas.
Flumine sentat iter, meditans si flumine posset
Præcipitare moras corripiente viam;
Ut subitus properet Pueros per inhospita Saxa,
Et valeat sacro mergere rore Caput.
O! dolor! ô nimius! dolor ô! nil cesset Avernus
Arte suâ, ut perdat Meque, meosque simul!
Nempe repentinus rapidi per Fluminis Alveum
Quem subit inda Cohors, ecce Cotagus adest.
Lintre brevi (Canoa vocant) cita Flumina legit,
Circùm multa levis transtra Phaselus agit.
Cotagus ille ferox, Patrique simillima Proles
Commiscere herbis noxia Verba malis.
Exercere dolos; quò non præstantior alter
Sive tuos, Circe, Colchica sive tuos.
Evocat ille Orco Manes, et Spectra Silentum,
Nocturnos Triviæ Carmine sistit Equos.
Artibus et patrijs, armisque instruens iniquis
Cotagus approperat, cum Duce tota Manus.
Infremit horrendum, devotaque Pectora Diris
Expagitant furias, et feras Corda tument.
Undique circumstant Blendi puppim Agmine denso,
Circuit arte Feras vis ut ostra Canum.
Fune trahit valido religata Carina Carinam,
Littoreque opposito deposuisse ferunt.
Egreditur limphata Cohors, et Blendius ipsa:
Blendius ore tonat testificante Fidem.
Improba Facta crepat, certusque occumbere Morti
Blendius ad Mortem concinit albus Olor.
Sume tibi hanc animam, iam iam hos quæ deserat Artus,
ô Deus! ignoscas queis Furor altus inest.
Cotagus ille sote(?) furijs accensus, et irâ
Parcere nec ferro, nec cohibere manus.

Emicat ense Ferox, fremit ore, et dira minatur,
Multaque plaga Viri pectora transadigit.
Vulnera Vulneribus geminat, Cervicibus ensem
Immergitque, humerus mittit Uterque caput.
Et cadit exanimis, jacet ingens Littore truncus:
Humida purpureo Terra cruore madet.
Credibile est Superum Funus stipasse Phalangas,
Carmen et angelicis hoc cecinisse modis:
Littoribus Parana modo stat sine nomine Corpus
Ingens namque Animus Nomen ad Astra tulit.
Arcius interea Curarum fluctuat Estu.
Nuncia quod Patris Littera nulla venit.
Et dubitat, si fata subit, si vescitur aura,
Si Febre? Barbarie? si perit Amne? Fera?
Et dolet ille, premitque metus, augetque premendo,
Aer ut inclusus Carcere plura fremit.
Speque, metuque anceps animo dum cuncta revolvit
Et velut Omnis Amans omnia tuta timet.
Ire parat, parat ire neci, parat obvius ire,
Ut Fortuna Viros comprimat una duos.
Nec mora: Carpit iter. Solium comitatur euntem
Gnara Latebrosas parva Caterva vias.
Non aliter roseis Aurora invecta Quadrigis
Luciferum sequitur, quem Maris unda lavat.
Nec geminus geminum nimis post Castora Pollux,
Alter ut alterius signa relicta premit.
Lustra venit, Nemora alta, sonos ubi Saxa rependunt
Voce repercussos dimidiante sonos.
Exclamat: Blendi? Pater ô quâ parte vagaris?
Ô animi Blendi parsque, Comesque mei!
Ingeminat Blendi? Littus Blendi omne sonabat
Nequicquam: Blendus Littore nullus erat.
Quo res cumque cadant simul ô, simul ibimus, [illegible]
Ô animi Blendi parsque, Comesque mei!

Ultima seu tot res, patiar tecum ultima tecum:
O animi Blendi parsque, Comesque mei.
Sic Juga, sic Valles teneris balatibus implet,
Dum bene Sollicitus quæritat Agnus Ovem.
Clamitat: heu miserum! propriis fit Vocibus Agnus
Victima Carnivoris dilaceranda Lupis.
Vocibus errantem non tam vocat ille Bidentem,
Arma Lycaoniæ quam ciet ille Feræ.
Res ita se tulerat: o clamores Montibus altis
Cotazus audierat, Citus in Arce ruit.
Tune Meos valeas itidem (rabido ore precatur)
Dogmate Larvato fallere? Tune Meos?
Scilicet ille gravi, quem conclamas, ululatu
Cæde tua tantum repperiendus erit.
Dixerat et validos Ferrum libravit in ictus

Attollens palmas, oculos, et poplite flexo
Arcius extremo dulcius ore rogat.
Te Jesu te Christe voco, te voco Maria
Te Mariam, Jesum: dixit, et occubuit.
Occidit: æternis sese spiritus inserit Astris,
Asservat Blendi corpore Corpus Humus.
Fortunata tibi quæ olim dedit Insula Cunas
Fortunata magis te moriente, fuit.
Sanguine sed gemino post hac Argenteus Amnis
Nomine mutet aquas, Aureus ille fluat.
Ergo vide Socium Felix Parruaria Mater
Cæde duum [illegible] quæsitam quo celebreris, habes.
Relligio postquam hæc, paribus sese extulit alis,
Qua te properas rutila Luce notata via est.
Tunc læto quid cumulo potuissem adjungere [illegible]:
Me mea continuo nil nisi vota manent.
Opto, peropto [illegible] Tarranam exercere Ligone,
[illegible] (quod Superi!) subdere Colla neci.

Philippus
Carmen Epenicion

Hesperidum ingentes Animos, devotaque Bello
Pectora certatim, Martemque utrimque verentum,
Cognatas Acies, Hispano immixta Leoni
Lilia Francigenum, simul atque fugacia terga
Allobrogum, Valliumque queis est turpè relictum
Aggere disrupto, congestas inde Philippo
Victrices Lauros, Patri decora alta, sibique
Nempè canam: quamvis onus impar, Arma, Virumque
Nempè canam, ferus Arma fremam, dignumque Parente
Borbonidem Magno; neque res aequabo canendo.
Non Musas, Phoebumque vocem: mea, Magne Philippe,
Numina solus eris, Phoebo, majoraque Musis:
Quandoquidem à te exorsa petit rediturus eundem
Hicce labor fontem. Strepitu jam Cornua rauco
Pectora sollicitant Lituique sonore, tubaeque.
Praestiteris Vires in carmina (Phoebus*) easdem,
Quas dudum (Mavors) in fortia facta dedisti.
Ergo tibi postquam nullo discrimine cessit,
Nomine vincentis tantum, Sabaudia tota;
Oppida tunc, cunctaque Urbes, et Regia quondam
Clara Ducum jurare Fidem, solemnia Verba,
Imperiumque novum accipiunt, et jura capessunt
Principis Hispani sancto moderamine Legum.
At longas traxere moras mala frigora, terra
Usta gelu, alpinaeque nives, queis Gentis Ibere

*Philippum Principem invocat.

Corpora desiciunt: rigido stat marmore Miles
Plurimus, atque manus frustra tractare laborat
Arma, Enses, Gladiosque, ac saevi Fulmina Martis.
Otia Miles agit (sua sunt namque otia Bello)
Milite digna quidem, Magno quoque digna Philippo,
Noscere cui dederunt Superi Prudentia rebus
Quae modo conveniat, potius sit sistere Castra,
Impete seu multo densos urgere Manipulos
Allobrogum, rigidi seu vincere Culmina Montis
Vix adeunda Aquilis: melior Sententia menti
Insidet illa Ducum vestigia tarda premendo
Reddere Turenios* iterum, Fabiosque* moranteis,
Borbonidem quamvis haec Exemplaria Normam
Semper adorarent, si Secula prisca tulissent.
Hinc Hyberna juvant, Princeps cessabit in Arma,
Donec ab extremis gratum sat munus Iberis,
Quos Pater Augustus non vi, sed amor gubernat,
Suppletura vices bello delecta Juventus
Adproperet, Spes inceptis certissima tantis,
Et Socer* auxilio mittat victricibus Armis
Gallica certatim, longo ordine Gallica Signa,
Ut Generum* invictum latias transmittat in Oras
Consilio, fortique Manu, quam ducat eundem
Contius* arte potens, in praelia Contius acer
Regia Franciadum seriei pars ipse Nepotum.
Ilicet ut gratâ Veris vice flatibus halent
Aura tepens, madidusque Notus, vis alma Favoni,
Apperiatque sinum Tellus, glebasque maritet
Faecundas, pingatque solum florentibus Astris,
Nec rapidi fluvij glacie sistantur acutâ,
Sed sideras quae frigus iners nigra vincula solvant,
Arma reventabit Miles: tum bellica Virtus
Erumpet Castris, fervebit et ignea Campo

* Vicecomes de Turena magnum nomen in re bellica.

* Fabius Max. Cunctator.

* Rex Galliae

* Philippus

* Princeps de Conti

*Jacobus
D. [illegible] de Gusman Marchio de la Mina, Hispani Exercitus Ductor.

Explicet in versas Acies ubi Minius* Heros
Signa, locosque legens aptos celer instruat Agmen,
Dividat in Cuneos forsan, seu cogat in Unum
Opportuna Situs facies, seu commoda Terrae
Conveniensque magis Series, ubi Minius ingens,

D. Didacus* de Guzman Marchio de Leganès Vercellas obsidione cinxit, oppugnavit, Allobroges prelio profligavit.

Gusmana de Gente satus [illegible] omne Suorum
Auget (et heroas, quas Leganesius* olim
Addiderat, Palmas renovat) cui Summa Gradivi
Hesperici commissa datur post Jussa suprema
Principis Augusti Belloque, armisque potentis
Auspicio Superum, ibi qui data fata sequetur.
Angitur intereà curis Rex Sardus amaris
a. Et nimium, dolet ille, dolet, simulatque, premitque
Corde metus, tacitâ pervolvens plurima mente
Tuta timet; sed tuta sibi non ulla reliquit
Alea principiò male jacta, omenque sinistrum,
Atque catenatus Fati tenor; insuper altè
Angit imago sui, Princeps, et Nomen avitum
Borbonidum fatale suis; Virtutis iber
Nota manus, multum quibus est rationis in armis
Asserat ut Domino bona Jura, et debita Regna.
Nec mora: munimen rebus jam Sardus in arctis
Undique sollicitat, Musinam, quam Milite complet,
Destinat Austriadi inglevium, Vaciamque relinquit;
Providus at verum totum postquam evocat Agmen
Inde suum, denso locat ordine quâ Juga Montis
Alpini clausere vias, et Sidera tangunt
Ingenio secura loci: dein cingere Vallo,
Et Fossas aperire iubet, simul area circum
Consistuit tormenta struem, quâ Claustra patescunt
Italiae, si forte patent ubi tramite nullo
Aspera coecat iter juges, Hosteisque moratur
Ac aditus, quicumque patent, prorsum intercludit.

Viribus hinc, Hispane, tuis modò vel potiunde
Insubriq. spes nulla datur, vel nulla videtur.
O mens coeca Virum, nullius prescia Fati
Tot defensa modis, necdum secura pericli!
Heroum est aliquid duris se immittere rebus
Aggrediendo animis tot, vel superare ferendo
Tot majora Viris: sed enim quid oberis inausum,
Aut sines infectum Nato* Duce, et Auspice Patre*?
Quid valeat bona Caussa, furor quid, et ęmula Virtus
Proximus ostendet, dum explo[...]o fulmine, et ense
Irrumpat stricto, tendat [...]ixusque suâ vi
Scandere summa Jugi, totumque evertere Vallum.
Scilicet alternis jactatur fluctibus Aula
Taurini, dubiamque citant modò speve, timorve;
Et nunc erigitur, seseque attollit [...] in auras
Proh! nimium con[...]a locis, et mole superba
Aggeris extructi, tumido crepat improba fastu
Austriadas Belli socios, Classemque Britannam.
Et modò repit humi, fastum procul abjicit omnem,
Ac demissa oculos, frontemque obducta serenam
Quę ventura timet, mala plurima contemplatur
Si comes hispanas vires Fortuna sequetur.
Non ignara mali virtuti cedere discet
Indomitę Gentis, famâ super Aethera notę.
Haut secus Oceanus geminato fervidus ęstu
Margine subducto tennat sibi littora laxa.
Et post [...]retrofluens propriis se continet vitrò
Carceribus;
Cernitur, ac notas oculis dat cernere ripas:
Martia sic Proceres retrahitque, trahitque procella
Allobrogum, Plebemque simul: lenimen utrique
Non leve consulerunt venientia fulmina Belli

* Philippus Filius
* Magnus Rex Philippus V.

* Princeps de Lobkowitz

Marte pares, et in arte pares: Lobkwitzius*, ille [illegible]
Teutonidum sublimis honos, prior agmine Ductor
Austriadum, quem tu quondam, Messana*, videbas
Res siculas, armisque tuos defendere muros:
At extrema pati validis compulsus Iberis,
Praesidio vacuare urbem, legesque pacisci,
Cui sit ab Hispano non ultima gloria vinci.

Bello* siculo Hispani Messanam obsidentes Lobkowitzium ad deditionem coegerunt.

In Conclave vocat Rex Hunc, fortemque Mathewin
Ductorem Classis, magnumque, Britannia, Nomen
Nempe tibi. licet ille magis clararit Iberum
Et decus, et palmam, numero cum tentat iniquo
Extorquere rates Nostris, et mergere Ponto;
Puppibus at paucis Classis sua tota repulsa est.
Haec ô quanta tropaea Meis! Discrimine ab uno
Anglia disce Meos!

Magnanimi Heroes, Regni duo fulcra labantis
Certa mei, vidistis enim, et memorare potestis
Intrepido fuerim quot, qualia passus in Hoste.
Vos testor, vos, captae urbes, fluviique ligati
Libera colla jugo, qui vincula serva tenetis
Indignum! Vos ô liberum nil tale merenteis
Obtestor! Me unum mea nec dispendia laedunt,
Cum sua pervideat nullâ pensare bilanci*
Pondera Regnorum, Pars quâ non aequior ulla,
Europae. Sed enim Unus non sufficit Orbis
Borbonidum Genti, quorum commodo Gloria major
Orbe manet, radio nec describetur ab ullo.
Haud contenta suis iterumque, iterumque reclamat
Regna gerenda aliis, simul et si plura fuissent
Plura volet, nequeunte rebus sua cedere vota.
Provehitur stimulis, latiisque adfectat in oris
Insubriam, quidquid Ticinus, et alluat Amnis.

* nempè quod Politici vocant Europae Aequilibrium.

Quâ Tiberinus aquis flavus fluit ille retortis,
Labitur et Pelago, debet cui Tuscia nomen.
Non satis est, Carolus faciles quod tractet habenas
Parthenopes, terræque simul Juga trina Sicanæ?
Non Patris Imperium, quo non felicius ullum
Fertilitate soli, ferri vi rapinâ, et auri,
Et virtute virûm? Cur tertia Regna, Philippe,
Expetis? An ternos, Saturnia Numina, fratres
Fabula producet, totum ut tribus arroget Orbem,
Et vigiles curas? Iterum seu forte videbit
Geryonem populis regnantem, et jura ferentem
Gens Hispana sibi, triplici concordia nodo
Non solvenda, semel si se complexa ligarent
Pectora? Quid memorem proh! te, Lodoice*, peramplum
Imperiumque, Manumque tuam? Velut obice rupto
Flumen agit latè messes, ager innatat omnis
Fluctibus immodicis, et totas explicat undas,
Sic immensa tui vis, non frenata Potestas.
Ergò mente ratum altâ stat cohibere tumentes
Undantesque Animos, vestris succurrere nostris.
Vos precor auxilio securus ut omnia firmem.
Angle tibi Classi linquo Maris æquor arcanum
Quâ Nicæa caput tollit, Collesque supinos.
O Germane tibi geminis virtute, dolore
Mittere Parthenopen Juga sub, Regna addere Regnis.
Principis Austriacæ. Sors ô! mea vota secundet!
Dixerat: assensere quidem: data jussa capessunt.
Tempus erat quo Bruma nives tepefacta resolvit,
Vicerat et Zephyris Boream [illegible] arva volatu

* Apostrophe ad Galliæ Regem Ludovicum XV

Telluris renovat faciem, pubescere gemmas
Arboribus facit ille suo qui nomine mensis
Militiam, Martemque sonat. Sonat inde tubarum
Clangor, et accendunt iras jam Classica pulsa,
Sanguine florenti nimium. Nova Consilii Arma
Subsidium bello, nova duxerat arma Philippo,
Pictones, aut Araris creat, aut quos Sequana Gallos,
~~Seu Burgunda sinu......~~
